

At quid restat faciendum? Dico: alterius opificis manus, ingeniumque desiderat, nempe pictoris, ad cuius officinam transferri simulachrum necesse est, ut picturae arte colores inducat. Itaque pigmenturum vario genere ornet, ac decorat, ut si non animatum, ac viuicum reddiderit, tamen ita viuienti et animato simile efficiat, ut intuentium oculos ad se alliciat, et rapiat; Hoc enim summus artis est, ut imago in stipite mortuo sculpta et exarata, ac viuis coloribus expressa, atque illuminata vitæ præferat representationem. At qui illud observatione, quod ad præsens institutum plurimum interest, si forte contingat, simulachrum istud principis esse viri, aut imperatoris, nulla ratione licebit ex officina sculptoris efferri, ut ad pictoriâ transferatur officinam, Indecorum quippe habetur, ut palam vulgo appareat, oculis quoque pateat. Sominum rudis truncus, ex quo facta est regis imago. Et enim lignis suræ, nodisque apparentes, ac ruditas ipsa materię minoris estimationis causam, siue occasionem posset intuentibus ingerere. Quid verò opus est? Hoc sanè, ut pictor accersatur, veniatque in eam domum, ubi simulachrum dolatum est, atque id in primis curet, ut superiniecta quadam ex albensis gypsi, et olei mixtione confecta omnes ruditates, imperfectionesque operis dissimulentur. Deinde varios superponat colores, et tanta distinguat prudentia, ut alibi carnem, et alibi indumenta distinguat, auro etiam illuminet, luce perfundat, umbrasque notet, sic demum omnibus rite et ordine perfectis licebit foras producere, et ante oculos omnium exponere regium simulachrum.

Hæc itaque singularis fuit Ioannis Baptistæ inter reliquos sanctos viros prærogatiua, hoc summum privilegium soli ipsi forte concessum, ut cum omnes ad unum ex manibus ipsius naturę Sumanę, quæ effectrix est, et tamquam exsculptrix communis Sominum, veluti imperfecti quidam vultus ex trunco dolati exierimus, scissuris ac nodis originarij sceleris notati, donec in domo sacra pictoris diuini abluti, et superfusę gratię coloribus distincti sumus, ac viuificati; Ioanni maior (ut sic dicam) reuerentia sit exhibita, maior honor impertitus; siquidem priusquam ex materni uteri officina fuisset egressus, in domum venit ipsius parentum, non pictor, sed author sanctitatis, acinbi per tres commoratus menses gratię, virtutumque coloribus perfecit, ac consummavit, ut non nisi omnibus suis numeris absolutus, atque perfectus prodiret in lucem. Regiam verò laudem! et non alteri, quod existeris sacris constat, in ecclesia à Christo Domino impensam! quam quidem euangelista Lucas ut pote arte pingendi peritissimus illis verbis indicatam voluit, cum ait: Elisabet impletum est tempus pariendi, et peperit filium. q. d. natura, gratiaque inter se conspirarunt, ut pulcherrimum sanctitatis, atque omnium virtutum simulachrum efformarent, quo in opere nouem mensium spacium posuere; actandem elegantissimè elaboratum foras datum est, longum omnium oculis spectandum, cernendum et pie, atque honorificè venerandum est propositum.

Theoria 6.

Quid sit mitti cum dicitur de filio, et de spiritu sancto.

Sententia Augustini lib. 2. cap. de Trinitate. Ergo (inquit S. Doctor) à Patre exire, et venire in hunc mundum, hoc est, mitti. Utique illuc missus est (filius) quò venit. Ac si in hunc mundum missus est, quia exiit à Patre, et venit in hunc mundum, et in hoc

49.

50.

mundo erat. illuc ergo missus est, ubi erat, ubi enim erat, qui ait, Caelum, et terram ego ^{Joan. 1.}
 impleo. Filius quippe dicitur à nonnullis vel prophetis, vel in prophetis locutus. quod ^{Joan. 23.}
 si Pater loquitur, ubi potuit esse sine verbo suo, et sine sapientia sua, quæ attingit à fi-
 ne usque ad finem. etc. sed neque sine spiritu sancto unquam esse potuit, ut indicat,
 qui dicit; quoniam à spiritu tuo etc. quæ circa si filius, et spiritus sanctus illuc mit- ^{Ps. 138.}
 titur ubi erat, querendum est, quomodo intelligatur ista missio siue filii, siue spi-
 ritus sancti? cum itaque ait; misit filium suum factum ex muliere, satis ostendit
 eo ipso missum filium, quo factus est ex muliere. quod ergo de Deo natus est, in
 hoc mundo erat. quod autem de Maria virgine natus est, in hunc mundum missus
 aduenit. Proinde mitti à Patre sine spiritu sancto non potuit, non solum, quia intel-
 ligitur Pater cum eum misit, id est, fecit ex femina, non utique sine spiritu sancto
 fecisse, verum etiam, quod manifestissime, et apertissime Mariæ virgini dictu
 est; spiritus sanctus superueniet in te etc. quamquam et ipse Christus intelli-
 gitur de aduentu suo futura dicere. et nunc Dominus misit me, et spiritus eius. for-
 tasse aliquis cogat, ut dicamus, etiam à se ipso missum filium, quia ille concep-
 tus, et partus Mariæ operatio Trinitatis est, qua creante omnia creantur. Et quo-
 modo iam, inquit, Pater eum misit, si ipse se misit? Respondeo incarnationem,
 et ex virgine natiuitatem in qua filius intelligitur missus una, eademque operatio-
 ne Patris, et filii inseparabiliter esse factam non utique separato inde spiritu sanc-
 to de quo aperte dicitur, inuenta est in utero Sabens de spiritu sancto.

51.

Quæ plenitudo temporis cum venisset; misit Deus filium suum factum ex
 muliere, id est, factum in tempore, ut incarnationem verbum hominibus appareret.
 quod in ipso verbo sine tempore erat, in quo tempore fieret. ordo quippe temporis
 in æterna Dei sapientia sine tempore est. Cum hoc itaque à Patre, et filio factum esset,
 ut in carne filius appareret; congruenter missus dicitur est ille, qui in illa carne
 apparuit, misisse autem ille, qui in ea non apparuit. quoniam illa, quæ coram cor-
 poris oculis foris geruntur, ab interiori apparatu nature spiritualis existunt. =
 Propterea conuenienter missa dicuntur. forma porro illa suscepti hominis, filii per-
 sona est, non etiam Patris. quapropter Pater inuisibilis una cum filio secum inui-
 sibili, eundem filium visibilem faciendo misisse eum dicitur est. qui si eodem visi-
 bilis fieret, ut cum Patre inuisibilis esse desisteret, id est, si substantia inuisibilis ver-
 bi in creaturam visibilem mutata, et transiens verteretur, ita missus à Patre intel-
 ligeretur filius. ut tantum missus, non etiam cum Patre mittens inueniretur, cum
 verò sic accepta est forma serui, ut maneret incommutabilis forma Dei, manifestu
 est, quod à Patre, et filio non apparentibus factum sit, quod appareret in filio, i.
 ut ab inuisibili Patre cum inuisibili filio idem ipse filius visibilis mitteretur. Cur
 autem ait; et à me ipso non veni. iam hoc secundum formam serui dictum est, se-
 cundum quam dictum est; Ego non iudico quemquam, si ergo missus dicitur, in ^{Joan. 8.}
 quantum apparuit foris in natura corporali, qui intus in natura spirituali ocu- ^{Joan. 8.}
 lis mortalium semper occultus est, iam in promptu est intelligere etiam de spiritu
 Sancto cur missus et ipse dicatur. facta est quædam creature species ex tempore, in
 qua visibiliter ostendatur spiritus sanctus, siue cum in ipsum dominum in corpo

Trinitatis
conceptus, factus
in MariæFilius in car-
ne apparuit
conferentem
obicitur missus
missus verbum
qui non appa-
ruit. Filius
qui foris appa-
ruit obicitur
natura spiri-
tuali ostendit
na commu-
ter missus
tur.

Joan. 8.

Joan. 8.

natiuitas

rali specie, velut columba descendit, sive cum decem diebus peractis post eius ascensionem die Pentecostes factus est subito de caelo sonus, quasi ferretur flatus vehemens, et visae sunt illis linguae diuisee tamquam ignis, qui insedit super unumquemque eorum. Haec spiratio visibiliter expressa, et oculis oblata mortalium, missio spiritus sancti dicta est. non autem ut appareret eius ipsa substantia, qua et ipse inuisibilis, et incommutabilis est, sicut Pater et filius; sed ut exterioribus visis hominum corda commota à temporali manifestatione venientis ad occultam aeternitatem semper praesentis conuertentur.

Supra scriptis adde ex eodem Sancto Doctore lib. 4. c. 19. De Trinitate, quae sequuntur. quando venit ergo plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, usque admodum paruum, ut factum paritatis missum, quo factum. si ergo maior mittit minorem, fatemur et nos factum minorem, et in tantum minorem, in quantum factum, et in tantum factum in quantum missum. Misit filium suum factum ex muliere, per quem tamen opera facta sunt omnia, non solum priusquam factus mitteretur, sed priusquam essent omnia, eundem mittenti confitemur equalem, quem dicimus missum minorem. et postea cap. 20. subiicit. si autem secundum hoc missus à Patre filius dicitur, quia illa Pater est, ille filius, nullo modo impedit, ut credamus equalem Patri esse filium, et consubstantialem, et coeternum, et tamen à Patre missum filium, non quia ille maior est, ille minor, sed quia ille Pater, ille filius, ille genitor, ille genitus, ille à quo est, qui mittitur, ille qui est ab eo, qui mittit. filius enim à Patre est, non Pater à filio. secundum Sociam potest intelligi non tantum, ideo dici missus filius, quia Verbum caro factum est, sed ideo missus, ut verbum caro fieret, et per praesentiam corporalem illi, quae scripta sunt, operaretur, id est, ut non tantum homo missus intelligatur quod verbum caro factum est, sed et verbum missum ut homo fieret, quia non secundum impari potestatem, vel substantiam, vel aliquid, quod Deo Patri non sit aequale missus est, sed secundum id, quod filius à Patre est, non Pater à filio.

52.

Verbum enim Patris est filius, qui et sapientia dicitur. quid ergo mirum si dicitur non quia inaequalis est Patri, sed quia est emanatio quaedam claritatis omnipotentis Dei sincera. ibi autem, quod manat, et de quo manat vnus, eiusdemque substantiae est. Neque enim sicut aqua de foramine terre, aut lapidis manat, sed sicut Lux de luce, candor est enim lucis aeternae, candor autem lucis, quid nisi lux est? et ideo coeterna luci de qua lux est. Maluit autem dicere candor lucis, quam lux lucis, ne obscurior putaretur ista quae manat, quam illa de qua manat. Cauendum tamen non erat, ne minor lux illa putaretur, quae istam genuit, et paucis interpositis subdit. Ab illo itaque mittitur à quo manat, sed aliter mittitur, ut sit in homine, aliter missa est ut ipsa sit homo; in animas enim sanctas se transfert, atque amicos Dei, et prophetas constituit; sicut etiam complet sanctos angelos omnia talibus ministerijs congrua per eos operatur. Cum autem venit plenitudo temporis missa est, non ut impleteret angelos, neque ut esset angelus nisi in quantum consilium Pater annuntiabat, quod et ipsius erat, neque ut esset cum hominibus, aut in hominibus, neque enim et antea in Patribus, et prophetis; sed ut ipsum verbum caro fieret, et homo fieret, in quo futuro reuelato sacramento etiam eorum sapientium, atque

53.



Sanctorum salus esset, qui priusquam iose de virgine nasceretur de mulieribus nati sunt, et in quo facto, atq; predicato salus sit omnium credentium, sperantium, diligentium.

54.

Hoc enim magnum pietatis est sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, predicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Ab illo ergo mittitur Dei verbum, cuius est verbum; ab illo mittitur, de quo natum est; mittit, qui genuit; mittitur, quod genitum est; et tunc unicuique mittitur, cum à quoque cognoscitur, atq; percipitur, quantum cognosci, ac percipi potest pro captu proficiantis in Deum, vel perfectæ in Deo animæ rationalis. Non ergo eo ipso quod de Patre natus est, missus dicitur filius, sed ex eo quod apparuit huic mundo Verbum caro factum; unde dicit, exiit à Patre, et veni in hunc mundum; vel eo quod ex tempore cuiusque mente percipitur, sicut dictum est; Emitte illam de sanctis sedibus tuis, et mitte illam, ut mecum labore. quod ergo natum est ab æterno æternum est, carior est enim lucis et æternæ; quod autem mittitur ex tempore à quoquam cognoscitur; sed cum in carne manifestatus est filius Dei in hunc mundum missus est ex plenitudine temporis factus ex femina.

55.

Paulo post subnectit. Cum autem ex tempore cuiusque profectus mente percipitur, mitti quidem dicitur sed non in hunc mundum. Neque enim sensibiliter apparet. i. corpore is sensibus præsto est. sed Pater cum à quoquam cognoscitur, non dicitur missus, non enim habet, de quo missus sit, aut ex quo procedat. sapientia quippe dicit. Ego ex ore altissimi prodiui, et de spiritu sancto dicitur, à Patre procedit, Pater vero à nullo; sicut ergo Pater genuit, filius genitus est; ita Pater misit, filius missus est, sicut ergo natum esse est filio à Patre esse, ita mitti est filio cognosci quod à Patre sit; et sicut spiritus sancto donum Dei esse est à Patre procedere, ita mitti est cognosci, quod ab illo procedat. Neque possumus dicere quod spiritus sanctus à filio non procedit. Neque enim frustra idem spiritus, et Pater et filius spiritus dicitur. Nunc quidem non ideo minorem filium, quia missus est à Patre; nec ideo minorem spiritum sanctum, quod et Pater eum misit et filius, sufficienter quidem arbitror demonstratum est, siue enim propter visibilem creaturam, siue potius propter principij commendationem, non propter inæqualitatem, vel imparitatem, vel dissimilitudinem substantiæ in scripturis hæc posita intelliguntur, quia si voluisset Deus Pater per subiectam creaturam visibiliter apparere, absurdissime tamen aut à filio, quem genuit, aut à spiritu sancto, qui de illo procedit, missus diceretur.

[The page contains approximately 15 lines of faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

Progressio super eadem verba V. 4
V. 1. ubi plenitudo temporis

16

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely Latin, covering the majority of the page. The text is crossed out by several diagonal lines.]

17

[A large, dark, handwritten mark or signature, possibly a cross or a stylized initial, located at the bottom left of the page.]



454

Digressio super eadem verba. V. 4.
Vbi venit plenitudo temporis etc.

410. Haec plenitudo temporis videtur extendi posse ad totum spacium temporis,
415. quo Dominus Iesus Christus inter homines est commoratus in terris, donec in ce-
420. los fuit reuersus, vt sedens ad Patris dextram adimpleret omnia; ac finem
425. temporibus daret, perfectè absoluta, et consummata oeconomia, seu dispensatio
430. ne tota redemptionis, et reparationis Humani generis: cuius causa missus à
435. Patre factus homo in terris visus est, et cum hominibus conuersatus. Quapropter
440. Euangelistæ sacri accuratè, et sollicitè temporum rationem sabuerunt, in des-
445. cribenda historia Christi vitæ, vt quando, et quoto etatis anno singula, aut ple-
450. raq; acciderint, manifestum esset, omnibusq; sine difficultate pateret. Consta-
455. netq; diuinæ prouidentię dispositio, ad cuius amissim cuncta fœcere coordinata,
460. ac dispensata. Itaq; ni ego nimis aberro, diuus Paulus ad loca Euangeliorum,
465. (quorum statim mentionem inferam) in his verbis alludit, cum ait, vbi venit
470. plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Hoc nempe
475. cepit impleri in natali domini, de quo Luca. 2. 6. Impleti sunt dies Mariae, vt
480. pareret, et peperit filium suum primogenitum. etc. addit Paulus factum sub
485. lege. alludens ad illa Luc. 2. 21. Postquam consummati sunt dies octo, et 22.
490. Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi etc. si
495. ue igitur ad proscripcta nature spectes, siue ad scriptam legem attendas, tam
500. hęc, quam illa diuinę ordinationi eternęq; et inuariabili Dei voluntati famu-
505. lata sunt. Vt tandem intelligas quam tu exactè debeas tuam ad diuinam ac
510. commodare voluntatem; nihilq; ab eius discrepare obedientia, cuius gratia
515. solum aut maxime Deus filium suum misit, vt adiunxit. Apostolus, vt adop-
520. tionem filiorum reciperemus. Sed libet hanc valde necessariam virtutem
525. obedientię ex exemplo, et matris, et filij, hoc est, secundum promptam vtriusq;
530. voluntatem, et Dei genitricis in obseruandis ceremonijs purificationis, et vni-
535. geniti, seu primogeniti eius in circumcisionis lege complenda tantis per experi-
540. dere, atq; ex non nullis circumstantijs ponderare, vt animaduertiqueat, quan-
545. toperere ea sit grata Deo virtus, et nobis diligenda, atq; amplectenda. Perstitit
550. iuxta præsepe Bethlehemiticum, id est, in loco puerperij sacri per dies quadra-
555. ginta, vti lex Moisaica præscripserat puerperis, quas immundas reputabat,
560. completis verò hisce diebus, statim nulla iniecta mora profecta ex Bethlehe-
565. mitica portica venit Hierosolymam, templum petijt, natum obtulit Deo, vti
570. primogenitum, et simul hostiam attulit immolendam, siue pro peccato, siue pro
575. Solocauasto, omnesq; ritus à lege præscriptos exactè obseruauit, ac præstitit.
580. Tria sunt, que in obtemperando præceptis superiorum maxime elucent, et
585. obedientiam laude maxima dignam efficiunt. Primum si ad nutum, vel
590. non expectata imperantis voce eius voluntas fiat. secundum, si absq; cœ-
595. tatione, et cepta, non absoluta litera, celerimè exsibeatur, quod mandatur.
600. Tertium, vt in re difficili, atq; ardua obstacula omnia deiciantur, nec que

56.

57.

+ virgo parens

S

quam sit, quod obsequentis voluntatem, iudicium ue regardet, quominus libenter, minusq; liberaliter ad exequenda precepta festinet. Hec tria expressare peries si penitus inspicias, examinesq; illa verba Cantici Cantiorum capite 7. Quid videbis in sulamite nisi chorus castrorum? quam pulchri sunt gressus tui in Calceamentis filia principis. lunatura femorum tuorum quasi monilia que fabricata sunt manu artificis. sequar interpretationem non minus veritatis, quam ingenij plenam cuiusdam recentioris, cuius laus, non minor ex Epithalamij Salomonici, quam ex Ioannis Apocalipsis expositione per acrobaticam certam continuata, effulget. Quid videbis (seu videbitis, ut alias secundum Hebræum textum legitur) in sulamite nisi chorus (alias chorum) castrorum? Laudat singularem proliandi scientiam sub schemate pulchre saltationis (que latine appellabitur) armorum. Hispanè Danza de la batalla. q. d. quicquid in hac mea sponsa videndum, quod meos oculos maximè recreat, et vos cum admiratione intueri potestis, id est, ut in choro saltando non tam proliandi modulos representet, quam, ut se tueatur ab hostibus, ut eos aggrediatur, et vincat; omniaq; ita modulatè prestet ad musicos numeros, ut nihil pulchrius, nihil elegantius fieri, requiri ue possit. Hec laus satis, superq; fuit sulamitidi, ut non expectata alia voce, vel mandato expresso, aggressa sit, saltando pugnam, pedesq; ad numerum motitando sese reginam, atq; adeo victricem ostenderit; imo tam strenuè peritam, non modo saltandi, sed proliando vincendi, ut omnem spem, atq; ipsius regis, imo et presentium expectationem superarit. Quod miris laudibus prosequens, et exaggerans addit sponsus; quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis, in gressu tuo te indicat Nadab, hoc est, principis filiam, generosa ex pro sapia ortam regnoq; ac principatu dignissimam. Prosertim regio cum suis ornatu calceata, et cothurnata, lunatura femorum tuorum sicut monilia, que fabricata sunt manu artificis. Nihil intrinsecum, occultum ue laudat sponsus, sed motus agilitatem, saltandi dexteritatem, motionum pernicitatem, recursus, aggressiones, regressiones, itus reditus tanta velocitate prestitos, ut quasi ex annulis catena (quod Hispanè dicitur Secha de gonces) videatur composita, atq; compacta, hoc est, sicut monilia et a

Sed quid hoc ad qualitates, quas commendare intendimus, obedientie? Attente ausculta, te obsecro. Vita nostra militia non abs re comparata est, et ecclesia Christi sponsa in hoc seculo militat, ideo militantis nomen habet, si vicerit, triumphum aget in celo. Hec ergo militia in ecloga pastoricia sub saltationis figura (ut iam dixi) representata est. Dum ergo laudat sponsus peritiam suæ sponsæ ecclesiæ in debellandis hostibus, annuere videtur, ut ineat prolium, exeat ad pugnam; cum ipsa statim exit ad nutum obtemperat; ecce prima obedientia circumstantia; dum progreditur, dum opus exequitur, dum calceata ostenditur, dum regaliter cothurnata promptitudinem declarat, et celeritatem, que erat secunda laus obedientie. sic enim laudantur

Isai. 57
Eph. 6

Apostoli Isai. 52. 7. quam pulchri super montes pedes annunciantis pacem
 et Paulus Eph. 6. 15. Calceati pedes in preparationem euangelij pacis. Pro
 pheta sacer predicantium, diuinus Apostolus audientium paratos animos
 ad obedientiam exequendam commendauit. At ubi indicatur tertia illa, et
 potissima obedientis circumstantia, qua ita arripit preceptum, ita se acco-
 modat, itaque se fingit ad voluntatem precipientis, ut nihil pensi Sabeat, ni-
 hil aliud cogitet, nihil optimum ducat, nisi ut illuc currat, quo iussus est. Hec
 illud lunturne famorum est. q. d. tam facile vertitur, ac reuertitur, ac si tor-
 no volueretur tam facile corpus demittit, erigit, vertit, torquet quaquaue-
 sus, et quoquoersus inclinatur, tollit, inducit, deducit, subducit, adducit, ut non
 mirius quam aureus torquis facile se prestat, ut extensus colligatur, collec-
 tus extendatur, seu inuolutus explicetur, expansus conuoluatur. Quid hoc? Nisi
 ad nutum, velociter, absque difficultate se prebet obedientem. Quae autem de
 Ecclesia militante Christi sponsa dicta, praecipue sanctissimae virgini ma-
 tri conueniunt. quam obrem prophetica descriptio eius obedientiae, quam
 laudamus in sacro cantico expressa videtur. Obtemperauit nempe ad nutum
 beatissima virgo, cui satis fuit nosse gratum esse Deo, ut puerpera illas leges
 seruarent, nec morosius examinandum existimauit. Vtrum ab eis ritibus suis
 set excepta, atque immumis relicta, nec ne? Lex purgationis immundis posita,
 eam, quae stellis mundior, angelosque puritate vincebat, minimè compellebat.
 Obseruat tamen, ne forte pariat scandalum, quae vitam peperit. Lex primoge-
 niti sistendi Domino, eas feminas, quae ex viro concepissent, solum obligabat,
 eam vero praestat, quae de spiritu sancto, non viri opera conceperat, ut do-
 ceat exemplo suo obedientiam, non strictè, et adare (ut ita dicam) sed lar-
 gitè, et super abundanter implere. Et in utroque filij sui redemptoris nostri
 vestigijs inhaeret, praecedentem sequitur, obtemperantem aemulatur. Nam neque
 illum circumcisionis, presentationisue leges trangebant, nedum obstringebant,
 qui non modo absque peccato, sed legis dominus, atque adeo supra leges erat,
 et nihilominus ut disceremus ex illius facto obedientiam, quasi legibus obs-
 trictus leges obseruauit. Obseruat itaque virgo parens exactissimè leges, obtem-
 perans Deo ad nutum. Quid enim Lex, nisi diuinae voluntatis signum? Obtem-
 perans absque ulla mora. Cum primum enim impleti sunt dies quadraginta,
 è vestigio profecta est, et venit in templum. Omnes vero difficultates exac-
 tae obedientiae potthabuit; quippe quae omnia absque excusatione vlla sibi exe-
 querenda decreuit; quemadmodum legibus fuerant ante precepta. Aptè igitur
 cantabimus illi canticum sponse supra explicatum. Quid videbis dicens
 sanctissimè, qui praesens inters Suis meae laudationi, quid videbis, inquam,
 in Sulamitide, .i. in Maria Dei sponsa singulari, nisi Choros castrorum, seu
 Coream armorum. Hec enim elegantius saltat, imo fortius depugnat, in
 ecclesiaque militante magis proliatur strenue, ut sanè ipsa cunctis pal-
 mam praecripiat, atque ut singulariter obediens sit victoriae primiticia.
quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, seu pedes calceis obedi-

60.

60

61.



entia constricti, ut in cesso principis filia, imo regis parens, atq; adeo regina
 quin et Dei mater, atq; mundi imperatrix videaris, et iudicaris. Iuncturae ferro-
 rum tuorum sicut monilia, quae fabricata sunt manu artificis. I. tam affa-
 bre ex annulorum aurea catena facta, ut absq; mora promptissime, ac facil-
 limè colligi valeant, et explicari. tanta tibi inest in motu corporis ad exequenda
 obedientia munera promptitudo, ac facilitas, ut aures ad sonos, pedes ad nu-
 meros exactissime respondeant. Ut omnes operum tuorum quasi armonia,
 et concertum admirari nunquam desinant.

62.

Laudabilis planè obedientia est, cum obediens se omnino effingit ad
 imperantis voluntatem, et absq; ullo repugnantia signo, exequitur im-
 perium; sed illa laudabilior, cum non voluntatis solum ductum sequitur,
 sed etiam ita iudicium subdit iudicio superioris, ut absq; ulla discussione
 illud optimum duntaxat credat, quod sibi videt imperatum. Hoc certè
 difficilius, sed perfectius obedientia genus est. qualem existimamus obe-
 dientiam fuisse sanctissimi patriarchae cum iussus immolare filium di-
 uinitus datum ad certam sobolis spem. Vix enim contra spem in spem
 credidit, ut Apostolus aduertit, suum planè iudicium subdidit imperio
 diuino fieri posse sperans, quod ipse quomodo futurum esset, minimè
 perspiciebat. Hanc perfectae obedientia laudem egregiè commendauit
 suis. Societatis Lusitaniae, noster Pater sanctus Ignatius in ea epistola,
 quam sub titulo Ad fratres Lusitaniae excusam typis, singulos per mon-
 tes legere consueuimus. sed qui velit praeterea plures sanctorum doc-
 torum auctoritates, ac testimonia recognoscere, consulat Patrem Se-
 bastianum Barradas Concord. Fuang. to. 1. lib. 10. c. 19.

63.

Talem itaq; Beatae Virginis Deiparae obedientiam fuisse, nec du-
 bitare fas sit. atq; ex dictis facile intelligi potest. Igitur hoc ante ocu-
 los exemplar habentes, studeamus, et nos perfectè Dei preceptis obtempe-
 rari, non solum quae per leges suas iniungit, sed quae per homines in po-
 testate legitime constitutos proponit. Hoc enim est illud Ps. 118. Tu man-
 disti mandata tua custodiri nimis. Graece pro nimis $\epsilon\psi\omicron\delta\sigma\alpha$ I. exac-
 tissimè. Nam non minus in diuinis preceptis verum est, Nequid nimis,
 quam in rebus alijs. Non enim exactor nimius, aut iniustus Deus, ut cons-
 tat ex Ps. 93. Numquid adheret tibi sedes iniquitatis, qui fingit labore
 in precepto? Interrogatio vim habet negationis. q. d. Non tibi sedes qua-
 si tyranni iniusti, ac crudelis, qui intolerabilia onera imponit, eaq; tolli iu-
 bet etiam ab eis, qui propter virium imbecillitatem ferre nullatenus pos-
 sunt; sed tam sunt tua mandata facilia, ut quibus vel infirma valetu-
 dine utens, seruare sine labore queat. exatissimi.

TEXTVS

V. 6. Quoniam autem estis filij, misit Deus spi-
 ritum filij sui in corda vestra clamantem Ab-
 ba Pater.

V. 7. Itaque iam non est seruus, sed filius: quod si filius, et heres per Deum.

Arias.

V. 6. Nil discrepat V. 7. itaque non amplius es seruus, sed filius, si filius verò, et heres Dei per Christum.

Erasmus.

V. 6. Emisit V. 7. itaque iam non es seruus, reliqua verò vt Arias.

Syri.

V. 6. Quoniam autem estis filij, misit Deus spiritum illum filij sui in corda vestra clamantem Abba Patrem nostrum.

V. 7. Itaque serui iam non estis, sed filij, quod si filij etiam heredes Dei per Iesum, Meschiho.

scholia in v. 6.

V. 6. Quoniam. etc. Hic versiculus absq̄ dubio pertinet ad Gentes, vt indicat modus loquendi per secundam personam, licet superiores quinq̄ duntaxat ad Iudeos pertinuisent, vt habet communior interpretum expositio, et supra declarauimus. Quare Augustinus sic nectit: iam illum populum adiungens, qui par uultus sub procuratoribus, et actoribus seruebat, idest, elementis Suius mundi, ne putarent se non esse filios, quia non essent sub pedagogo. (Adde ex s. Thoma) Neq̄ Christus ex Gentibus carnem sumpsisset, nec eis predicasset, vt pote minister circumcisionis. Rom. 15. 8. missus ad oues, que perierunt domus Israel. Matth. 15. 24. Amb. ab his, inquit, cepit, quibus et scribit, dicens: quoniam autem estis filij Dei, et subiungit Iudeos, cum ait: Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra. Obiter attende codices Græcos varios esse. Vnde Ambros. videtur legisse ἡμῶν idest, nostra, vt plerique habent Græci codices vt Erasmianus. ex qua suprapositus textus transcriptus est. sed cum Arias Mont. transtulerit vestra, absq̄ dubio credidit legi debere ἡμῶν vt Regia Biblia habent. sed nihilominus vera sententia non mutatur, quouis modo legatur, siue nostra, siue vestra. Nam qui ad alios verba facit, passim mutat modum loquendi, iam primam, iam secundam personam, siue etiam tertiam usurpans, cum idem prorsus velit intelligi. s. Thomas igitur cum Augustino ait, indicari hoc versu ad Apostolorum beneficium, adoptionis pertinere etiam ad Galatas, quod patet ex dono spiritus Sancti omnibus in Christum credentibus communicato. Tria ergo hic notantur. 1. est beneficium adoptionis. quoniam estis filij. 2. modus adipiscendi beneficium, scilicet per Spiritum Sanctum, misit Deus spiritum etc. 3. fructus inde consequens, iam non est seruus etc. Ego sanè ita interpretor hunc versum, vt existimem confirmationem sane

1

2



esse, siue declarationem eius, quod processit, ut adoptionem filiorum reciperemus. quod, hinc patet, non solum ad Iudeos, sed etiam ad gentes spectare, ut placet Iustiniano. Declarat nimirum qua ratione nobis conferatur ista adoptio, nempe infusa gratia diuina, hanc est, dato Spiritu Sancto, qui cum sit Spiritus filij, facit absq. dubio filios. vide infra Augustinum, et Ambrosium numero 15. unde ait, quoniam autem estis filij, ut supra cap. 3. 26. dictum est. Omnes enim vos filij Dei estis per fidem, quae est in Christo Iesu. Non enim hoc tantum probat, sed etiam supponit, ut certum et iam dictum prius, misit, siue emisit, ut supra versu 4. declaratum fuit. Deus Pater Spiritum sanctum filij sui

3.

Notat Hieronymus tripliciter nominari à Paulo eundem spiritum, hinc Spiritum filij, Rom. 8. 14. Spiritum Dei. 2. Corinth. 6. 6. Spiritum sanctum. quod proprium signum et character filiorum est. in corda vestras, in animas vestras, dum dicit vestra aptè, et commodè sermonem refert ad Galatas, quibus loquitur, quasq. vult in suscepta fide confirmare, atq. stabilire. nostra, tamen, ut habet Ambrosius, Anselmus, et Seripandus nomen exclusum esse permittit, Iudeos enim, et gentes complectitur. Clamantem, id est efficientem clamare, est metonymia. Rom. 8. 15. in quo clamamus Abba Pater. Nos itaq. clamamus, et spiritus clamat, sed per spiritum nos clamamus, Abba Pater, sic dicitur rectè homo videt, et oculus videt, videt tamen verè homo, sed per oculum videt, ut attendant suum errorem, qui volunt omnia in nobis, Deum sine nobis operari. Clamor autem hic non vocis, sed affectus magnitudine aestimandus, ut ait Hieronymus, et S. Thom.

Abba vox syra, quam etiam vixpabant Hebraei. Pater Graecè etiam deflexa ad Latinos ὁ πατήρ et si nominatiuus est, tamen Attici pro vocatiuo vtuntur. unde argutia Caietani hic parum firma est. Posterior autem vox interpretandi priorem causa adhibita est. ut etiam Rom. 8. 15. Marc. 14. 16. August. duabus his vocibus idem significantibus, altera proprietate eorum, altera Graecorum, seu Gentilium, asserit satis commodè significari vnitatem spiritus duorum populorum, atq. adeo omnium Ecclesiarum filiorum vinculum Charitatis. Omnium quippe vnus Pater Deus cum vna anima Spiritus datus est. omnis enim per Christi spiritum, Iudei, et Graeci, est subleuata distinctio, Abba Pater quis audeat sic loqui, nisi filius sit! Ergo qui corda nostra confirmat, ut sic Deum compellere liberè possimus, ipse nos in dicat filios esse, imo re ipsa testatur. Rom. 8. 14. 15. ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei, id est, simul cum spiritu nostro testatur. Graecè ὁμολογῶν , id est, contestatur, seu contestis est. quoniam modo. Adiuuans, (inquit ibidem versu 26.) infirmitatem nostram, hoc est, excitans per donum gratiae, et charitatis, ut audacter inuocemus. Abba Pater. de hac repetitione, seu conduplicatione. Plura in Theoria.

Theoria 1.

Adoptio Dei requirit spiritum filij Dei.

Quoniam estis. Particula causalis causam videtur reddere, cur datus sit eis spiritus sanctus, nempe quoniam sunt filij Dei. nomen Dei, quod legit Ambrosius hic non exponitur in textu vulgato emendato per Xistum quintum, sed subintelligitur ex versu 26. cap. 3. superiori. Spiritus Sanctus supponitur datus Galatis, ut superius cap. 3. versu 2. et 5. illic enim

5.



respicit hic locus, exhibita tamen est causa, quare datus fuerit per signa manifesta, et sensibus exposita, nimirum adoptio in filios. Nec enim exigebat spiritum filij, ut vera esset, et perfecta

Ambrosius. Nomen enim olim Iudei filiorum Dei acceperant, velut in imagine, ut postea confirmaretur per Christum, quia sine spiritu non erat plenum. Eade sentit Chrysostomus tom. 9. in Ioannem Homil. 13. illi quidem postquam filij appel lati sunt, adhuc spiritum seruitutis habebant, erant enim serui, et filij, hac appellatione honorabantur. nos liberi nunc facti, non nomine, sed re honorem accipimus. Item in Epistola ad Rom. serm. 14. Erat, inquit, apud Iudeos adoptio, honor quidem in verbis, apud nos vero res et etiam ipsa sequuta est, nimirum purgatio, que est per baptismum, donum spiritus sancti, aliorumque bonorum suppeditatio. Quid autem non loquatur de adoptione vera, licet imperfecta, ut Quares ex ponit in 3. p. q. 23. art. 3. sed figurata, ac typica, satis manifestum est legenti Chrysostomum. Non enim est filius, qui non habet spiritum filij.

Nullum itaque argumentum maius, aut certius est ad probandum esse nos filios Dei, quam accepisse spiritum filij Dei. Atque probat Apostolus Rom. 8. 14. 15. qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, (Græci εἰς φόβον, id est, in timorem), sed accepistis spiritum adoptionis. Libertatis, oppositum erat seruituti, sed per emphasim dixit adoptionis, que libertatem includit, Chrysostomus (dicturus in amorem, pro eo addidit quod dulcius sonat) in quo clamamus Abba Pater. Estque effectus, et affectus amoris, quo indicatur, imo incenditur spes maxima ab spiritu profecta. secundum illud Rom. 5. 5. Spes autem non confundit. quia Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Hæc autem voces spei, et amoris plene, hi clamores intus sonantes in corde sicut gemitus illi inenarrabiles, siue inexplicabiles Rom. 8. 26. ac desideria spiritus, que Deum non latent, qui corda scrutatur. ibidem versu 27. Hos edidit clamores Jonas Propheta in ventre inclusus marisq. bellue. Non. 2. 3. Hos etiam Moses concludit ab hostibus iuxta rubrum mare (Exod. 14. 25.) exaudivitque Deus. Nam hi diaboli, et peccati horribiles fremitus percurrunt, ære mouent, nebulas, nubesque transuolant, æthera, imo Empyreum pertingunt, ad Deum penetrant, et diuinas aures, si fas est dicere, vellicant. vide supra num. 4.

Sed redeo ad spiritum à quo paulo digressus eram, ut spiritus Prophetae Prophetam creat, spiritus Elie datus Eliseo hunc fecit alterum Eliam. Spiritus Moyses receptus in septuaginta senioribus fecit illos instar Moseos, siue quemlibet illorum alium fecit Moysen, et Ioannes Baptista dictus est Elias, quippe qui haberet spiritum Elie. sic qui recipit spiritum Christi, dicitur Christus, et spiritus filij Dei facit filios Dei. diuerso tamen modo, nam ille proprius est, et naturalis, reliqui adoptiui, et per electionem asciti. cognoscitur verò spiritus filij inesse alicui, cum similes ostendit actiones, ingenium, mores, Patris amorem; Laconice, et inclinationes semelantes ael padre dicen qual es su hijo. si Dei filij sumus, Deum imitemur, atque modo filium Dei, hoc est, Christum in nobis ipsis representemus! formam



6.

7. 11

8.

9.

Theoria 2.

Quomodo dicti filij Dei? Num ante receptionem spiritus sancti actualem?

10.

queris tamen si spiritus filij facit filios, unde fieri potuit, ut essent filij, qui
nondum receperant spiritum filij? Item videtur Paulus supponere esse fi-
lios antequam reciperent spiritum filij: siquidem affirmat ideo missum spiri-
tum in corda, quia filij essent? Respondere posset filios dici, qui iam iam futuri
sunt, ut dicitur sponsus, qui nondum sponsam accepit, mox accepturus, et s-
ponsa, que nondum viro nupsit, sed scriptura duntaxat utrinque promissiones
seu sponsalia constant. sic contules dicebantur in annum proximum designa-
ti, similis forma loquendi Ioann. 11. 32. ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret
in unum. Vbi Maldonatus loquitur, inquit, per anticipationem, aut ex divina pro-
tinatione filios Dei eos vocans, qui nondum erant, sed futuri erant aliquando, quem
admodum et Ioan. 10. 16. Dixit, et alias oves habeo, que non sunt ex hoc ovile, et
illas oportet me adducere, et fiet unum ovile, et unus pastor.

Resp. 1.
Filios dici
sicut Genes
nurus, mox
nurus.

Ioan. 11. 32.

Maldonatus

Ioan. 10. 16.

11.

Confirmat hoc Catharinus dupliciter appellari filios asserens, cum secun-
dum potentiam, qui candidati sunt ad recipiendam adoptionem; tum secundum
actum, in quo stat perfectio. Hęc melior responsio, quā illa Iudeos, filios quidam
sed parvulos, qui nondum haberent spiritus perfectionem? hęc verò sermonem
esse de spiritu perfectionis, quo clamamus Abba Pater, esse enim quodammodo
et non esse filium, qui nondum sciat vocare Patrem. Prior ergo responsio aptior,
ac verior, atq; adeo solidior est.

Catharinus

Responsio
parvulis
nam.

12.

Verum aptius pro presenti loco Respondetur. D. Paulum ad illos orationem ha-
bere, qui absq; dubio filij Dei erant, ut pote in ecclesia baptismo initiati. Hęc dicit
propterea spiritu sancto donatos, quia erant filij; quippe qui sine hoc dono spiri-
tus sancti filij Dei esse nequissent. sensus itaq; est, quoniam estis filij, ideo si
licet ut essetis, misit Deus spiritum filij sui. Similis loquendi ratio Sabetur Ps.
44. 8. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem. Propterea, nempe ut diligeres
(sic interpretatur Augustinus) irruit te Deus, Deus tuus oleo lottia. sicut enim
prius est unctum esse Christum divinitatis oleo, quam dilexisse iustitiam; sic
prius est unctum esse Christianum oleo spiritus sancti, quam esse filium.

Resp. 2.

Verum dicitur
si spiritus
datus est

Ps. 44. 8.

explicatur
Augustinus

13.

Verum accipito aliam responsionem, fortasse magis ad rem presentem effor-
matam. spiritus sanctus, (ut supponit Apostolus, et nos declaravimus supra
cap. 3. Versu 2) in ecclesijs primordijs in eos, qui crediderant, mitti de celo solebat
per signa visibilia; sicut die Pentecostes missus fuerat super Apostolos. Hęc
autem spiritus sancti missio, et infusio videbatur esse veluti quedam infide
confirmatio, conferebaturq; credentibus, imo baptizatis, atq; adeo Dei iam
filij per adoptionem. Hoc igitur videtur hęc assertum, missum nempe à Deo
spiritum sanctum visibiliter in Galatas, ut ipsi certò sciebant, et inficiari non
poterant, neq; ob aliud missum, nisi quoniam erant filij; filij enim spiritus
filij debebatur, et mittebatur.

Resp. 3.

s. c. 3. v. 2.

Spiritus San-
ctus invisibiliter
datus initiatis
clene puritate
Dei filij.

14.

Hęc explicatio maximè consentanea est ad declarandum finem adven-
tus Christi, superiori versu s. expressum; ut adoptionem, inquit, filiorum recipe-
remus. subaudi, sicut et recepimus quicumq; baptizati in Christo sumus; siue ex
Iudeis, siue ex Gentibus oriundi. Atq; in huius veritatis confirmationem adiun-
gitur, quoniam autem estis filij, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra cla-
mantem Abba Pater. q. d. hoc tam est vobis notum, et certum, quam certum
est, et notum, spiritum sanctum, qui est spiritus filij Dei, per quem Sabetis fa-
cultatem, et liberam potestatem compellendi Deum Patrem, vobis manifestis sig-
nis datum, cordibusque vestris infusum. Hęc planè videtur ipsissima huius ver-
suli explicatio. unde rectè sequitur illatò sequentis versus 8.

Corinthios

Corinthios

Augustinus

Augustini video hanc esse expositionem. Recte, inquit, de presentia, et de dono spiritus sancti probare voluit Gentibus, quod pertineant ad promissionem hereditatis. Non enim euangelizatum est Gentibus nisi post ascensum domini, et aduentum spiritus sancti. Et paulo post, Gentes etiam, quae non erant sub lege ad eandem adoptionem filiorum pertinere ostendit, et docet de spiritus sancti dono. Actor. 10. 47. eodem argumenta probat Petrus negari non potuisse baptismum Gentibus, quod scilicet accepissent spiritum sanctum. Item Ambrosius. Ut enim probaremur adoptati esse à Deo in filios, spiritum suum dedit nobis; qui signum Patris ostendit in filios. Ut quia hoc non audeamus dicere in infirmitate, et in dignitate nostra, suggerat, ut audeamus dicere Abba Pater. quod Iudeis iam dudum non est concessum dicere.]

Scholium in vers. 7.

V. 7. Itaque, illatiua particula indicat hanc esse intentam conclusionem, iam, ex quo per spiritum sanctum, et Christum dominum adoptionis gratiam recepimus; non est seruus, ille paruulus heres, (Iustinianus) ut antea sub lege, atque sub elementis mundi; sed filius per adoptionem scilicet habitus, siue electus q. d. adoptionis gratia antiquae seruitutis iugo vniuersos exoluit, filiorumque libertate donauit. Atque adeo omnia abstulit mala, bona contulit omnia. Nam quid in seruitutis statu mali, quid in libertate filiorum boni desit? Praesertim cum re ipso summi filios faciat, et regni heredes aeterni, ut sequitur Hieronymus. Propter filium singulariter positum ad significandum vnum populum christianum, et obiter vnitatem commendandam, quam habemus in Christo, nos enim membra, ille caput vnius perfecti viri, de quo Apostolus saepe.

Syrus interpres numerum pluralem explicuit, Enalagema intelligens. Ego etiam arbitror concreta pro abstractis posita, seruus pro seruitute, filius pro filiatione, q. d. iam non est amplius seruitus, sed libertas, non timor, sed amor, non timiditas propria seruorum, sed ingenuitas nobilium filiorum. Textus Vulgatae Latinae correcte per Christum quintum habet est intertia persona, et ita legunt Amb. August. et alij antiqui Patres, sed Arias, Erasmus, Syr. secuti Graecam sectionem, quam Patres Graeci etiam sequuntur, secundam personam viciant, quam sectionem secutus est Seripandus, eamque genuinam sectionem, probabile satis est; quod facillima fuerit vnius literae accessio, ut pro es, minus attentus scriptor est posuerit. Item quia sensus magis ita fluat, plus etiam habeat elegantiae, facta apostropha, seu conuersione ad ipsum met epistolae lectorem, auditorem ue. Non tamen variatur sensus, et per Enalagem personae, ac numeri conciliantur interpretes. Hoc mihi dubium non est illationem tam ad Iudeos, quam ad Gentes pertinere, licet aliter alij velint.

quod si filius, quis factus est, inde habet ut sit etiam et heres futurus, nam cum natura, tum lege ad filium spectat hereditas paternorum bonorum, modo verè filius, hoc est, non spurius, non suppositus, sed vel legitimus, vel adoptiuus. quocirca Ambrosius [dubium non est, inquit, quia adeo quis adoptat sibi filium, ut heredem relinquat.]

1.

2.

3.

4.

Per Deum, qui pignus dedit hereditatis spiritum filij. Augustinus per Dei misericordiam, non per promissiones Patrum; de quibus, quamquam carnaliter, sicut Iudei, maledix non es, es tamen filius Abrahæ secundum imitationem fidei, cuius fidei gratiam per misericordiam Domini meruisti. S. Thomas, sicut Iudei hereditatem adepti sunt per promissionem, et iustitiam, ita et gentes per Deum, id est, per Dei misericordiam. unde dicitur Rom. 15. 8. 9. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones Patrum; Gentes autem super misericordia honorare Deum. Et itaque Lombardus, et S. Thomas per Deum, id est, per Dei operationem interpretati sunt, secundum illud Isaiæ 46. 12. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Bruno etiam per Dei misericordiam, et non per legem. Remigius, non est servus peccati, sed filius Dei, et hæres vitæ æternæ non merito, sed gratia Dei, per quem est redemptus. Lombardus, et Anselmus, per Deum, scilicet iuro ita fore. Bruno Testor per Deum. Græcæ Seres Dei per Christum, et ita habent versiones Ariæ, Frasmii, Syri. Nec abs re, cum Christus sit initium totius boni nostri. Verum rectè inferitur ex illo. Per Deum totum bonum nostrum deberi Deo, cuius misericordia preveni sumus; ipse author est nostræ adoptionis, ipse dat spiritum Sanctum, ipse misit filium ex muliere, et sub lege factum, ut adoptionis participes facti, servi amplius legis, aut peccati non essemus. prout ergo modo legas, intellige gratiam Dei prævenientem liberi arbitrij, conveniunt, hic significatam. Communius per Christum, per crucem, et mortem ipsius. Est verò hæc conclusio epiphonemata, qua intendit hoc Apostolus, ut Galatas sui erroris percussos, indignitate moveat. ostendens nihil esse quod amplius optare debeant, quam Christum, et eius euangelium. quod magis statim arguet versu 8.

Caietanus, qui legit secundum Græcæ, hæc addit, intulit hoc ad manifestandum, quod non solum Iudei sunt heredes, sed etiam Gentes, Seres autem Dei tanquam eius, qui condidit testamentum per Christum, per quem, et in quo adimpleretur testamentum, ut pote naturalem filium. Hanc enim clausulam ad Gentes referri vult, qua concluditur Gentes esse heredes, quod supra propositum erat cap. 3. versu ultimo. Scripandus eodem modo legens ait, si filium te esse sentis à Galata, nihil est quod ambigas de divina hereditate per Christi fidem ad eunda, qui primus est heres, ad quem diuine promissiones sunt referendæ. quod et argumentum Rom. 8. 17. tamquam certissimum sic conclusit, si autem filij et heredes, Seres quidem Dei, coheredes autem Christi. An mori Patris sit necessaria, ut adeatur hereditas, dicitur infra in Theoria.

5.

Quatuor beneficia colligi ab Apostolo hoc loco vult Scripandus Card. 1. proprium Iudeis, quod Christus pro eis liberandis à iugo legis, eandem legis servitutem pati voluit. 2. commune etiam gentibus, ut adoptione sint effecti filij Dei, atque adeo eripiti fuerint Iudei à legis maledicto, Gentes à cæcis erroribus idolorum. 3. quod ita nos Deus fidenter agere voluerit, uti liberi cum

Parentibus assueverunt spiritu filij communicato. 4. quod ex precedentibus consequitur, ut in spe certa adipiscende hereditatis Abrahamo promissa confirmaverit. quod hic annotat Catharinus, sub nomine hereditatis duas promissiones includi, alteram gratia, alteram gloria, quoad substantiam, hancque nondum obtentam, sed expectari bonis operibus assequendam, verior an proprie sit dictum; siquidem hereditas sequitur filiationem, filiatio vero non dicitur hereditas, sed dat ius ad eam, nisi forte in eo sensu dicat, in quo dicuntur fideles heredes Abrahamicae fidei, et benedictionis. unde primu gratia post gloria datur.

Theoria 1. super haec verba vers. 7.

Nam non est servus, sed filius.

Romana leges vix seruo, ac ne vix quidem, adoptionis beneficium permittebant. satisque Sabebant, si eiusmodi homini libertatem concederent. sed Dei magnificentia maior in nos effusa est, qui per Christum, et eius spiritum ex servis peccati, et mortis, in uobis diav i. filiationem vocati sumus, non hominis, sed Dei, atque ex mancipijs diaboli facti municipes regni eorum; O insignem Christi dignationem? qui ut hedos petulcos mutaret in mites agnos, agnus fieri, et cultro collum dare non erubuit. Usus antiquus, et ritus trium emancipationum, cuius meminit Gellius infra citatus, indicat etiam antiquam baptismi ceremoniam ter submergendi, post tertiam nempe submersionem, quasi post tertiam emancipationem, vindicatur a Christo, in libertatemque asseritur, etiam appenso precio sanguinis sui immaculati, qui adoptatur in filium Dei, quasi ex captiuitate, quam per originis peccatum incurrit, redimatur, veroque parenti Deo restituitur. unde est illud, ut adoptionem reciperemus.

Theoria 2.

questio non inutilis, in primisque digna scitu, sit ne spiritus sancti proprius effectus adoptio filiorum Dei? Nam primum spiritus sanctus virtus Dei dicitur. Luc. 24. 49. Actor. 1. 8. non minus vere quam calor, seu scintilla viua dicitur virtus ignis. sicut autem ignis accensus in fomite dicitur effectus scintillae ardentis e silice percusso, ita homo diuina consors factus naturae per receptionem spiritus Dei, dicitur effectus spiritus sancti: talis autem dicitur filius Dei. quinetiam Luc. 1. 35. dicitur; Spiritus sanctus superueniet in te, et virtus altissimi, hoc est, ipse spiritus Dei, qui virtus est eius, obumbravit tibi. q. d. grauidam faciet, ideoque quod nascetur ex te sanctum vocabitur. (id est erit) filius Dei. Ecce ex virtute Dei spiritu sancto, nascitur filius Dei naturalis, ex eodem autem spiritu sancto nascitur filius adoptiuus, dicente hic Paulo; quoniam autem estis filij, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abba Pater. Ergo sicut Christus, quatenus homo factus ex muliere,



est effectus spiritus sancti; similiter et homo, quatenus est filius Dei adopti-
 tiuus, est sua modo effectus spiritus sancti; Christus quatenus homo
 est filius Dei per gratiam hypostaticam unionis; homo autem iustus,
 quatenus talis, est filius Dei per gratiam spiritus sancti; unde spe-
 cialiter tribuitur spiritui sancto noui hominis regeneratio. Ioan. 3. 5.
 Amen Amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua, et spiritu sanc-
 to non potest introire in regnum Dei. q. d. Duo sunt, quae indicant filium
 Dei adoptiuum, hereditas regni caelestis, et natiuitas, seu regeneratio
 ex Deo; haec fit per spiritum sanctum, dum homo per aquam transiens,
 fit conformis (Rom. 8. 29) imaginis filij Dei naturalis. et Marc.
 1. 8. ille baptisabit vos spiritu sancto. et Matt. 3. 11. Ille vos bap-
 tizat in spiritu sancto, et igne. i. igne, hoc est, gratia spiritus sancti.
 Sape D. Paulus inculcat uocari, id est, diuinam adoptio-
 nem esse effectum spiritus sancti. Rom. 8. 14. quicumque spiritu Dei
aguntur, non modo uiuent, sed aguntur, ut a nauclero nauigium,
 ab auriga biuagus; sic anima, et corpus ducuntur spiritu sancto. in fa-
 cap. 5. 26. si spiritu uiuimus, spiritu et ambulemus. Opera iudicium sunt
 uiuentis, qui non operatur, mortuus reputatur. Non sufficit ergo bap-
 tismatum esse, nisi spiritu agente opereris; non mortua fides, sed que
 per caritatem operatur, ualet ad salutem consequendam. ij sunt filij
 Dei, ~~quorum~~ aguntur, nimirum, per gratiam, qua donum est spiritus sancti.
 Ido uersu 15. addit, Non enim accepistis spiritum seruitutis, literam, ~~quod~~
 scilicet legis seu legem scriptam, iterum in timore (ut olim Iudaei) sed ac-
 cepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo (Hebraei si forte uocabant Pa-
 trem Deum ex proprio Marte fecerunt; nos uero ex motione spiritus intus Sa-
 bitantis per donum adoptionis; ut enim ex prophetae dono, qui Sabet, futura
 praedicat; sic ex dono adoptionis, qui Sabet, uocat Patrem Deum) clamamus
 Abba Pater. Spiritum adoptionis filiorum appellat spiritum sanctum, et Ver-
 su 16. ipse enim spiritus (nempe sanctus) testimonium reddit spiritui nos-
 tro. ~~et~~ ~~scilicet~~ ~~id est~~ animo nostro, quod sumus filij Dei.
 non enim a nobis ipsis dicimus Abba Pater, sed spiritu sancto donum suum mo-
 uente, quo uiuit animus noster. et uersu 26. Similiter autem et spiritus (sic
 tus) adiuuat infirmitatem nostram (ex peccato originali inolitam, siue inuicem)
 nam quid oremus, sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus (sanctus per ad-
 iutorium, et lumen suae gratiae) postulat pro nobis gemitibus inenarrabili-
 bus. et uersu 27. qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus,
quia secundum Deum postulat pro sanctis. qui uero sunt sancti nisi fi-
 lij Dei ex adoptione. in his manet spiritus sanctus, non per personam, sed gratia, et
 uirtute, quae est ueluti forma, seu anima filij adoptionis, ideo, quod facit homo
 iustus, tribuitur spiritui sancto, in eo per gratiam inhabitanti, quia ab ipso
 manat; sicut actiones hominis tribuuntur animae ex qua proficiuntur,
 et oriuntur.

8.

Spiritus
 datur noui
 nis regenera-
 Ioan. 3. 5

Rom. 8. 29
 Marc. 1. 8
 Matt. 3. 11

Rom. 8. 14

Galat. 5. 22

Opera neces-
 saria ad salu-
 tem.

Rom. 8. 15

qui spiritu
 uocantur
 filij
 Deum.

Spiritus
 timi
 Rom. 8. 16

Rom. 8. 26

Rom. 8. 27
 Spiritus
 qui
 postulat
 pro
 sanctis

S. Ch...

S. Chrysostomus aliter hunc locum interpretatur, sumit enim spiritum pro lumi-
 ne spirituali habente donum precandi, qui in primeua ecclesia stans, hoc honora-
 tus dono multa compunctione, multisq; gemitibus iuxta mentis intentionem
 ad Deum supplicans, quæ prodesse omnibus orabat. Sed Augustini explica-
 tio postulat, id est, postulare docet, seu facit. communis est, et recepta; parva
 gemitus inenarrabiles dicuntur, vel propter efficaciam spiritus sancti intus mo-
 uentis, quæ inefabilis est, vel propter vim interioram ipsorum, quæ omni exter-
 no sermone maior est, vide hic Pereiram. lps. 1. 14. In quo (Christo) et creden-
 tes (per viam fidem) signati estis. (non sigillo circumcisionis ~~et~~ eterna, et car-
 nalis, sed) spiritu promissionis sancto; (quod sigillum est animæ impressum);
 dicitur autem spiritus sanctus promissus, vel per prophetas in veteri testa-
 mento, vel per Christum in nouo; qui est pignus (seu arra) hereditatis nostre
 cuius promissionem ratam iam nunc sua presentia efficit. sponsa accepto
 annulo cum sponsi insigni, certa est de futuris nuptijs. Iustus verò pro sigil-
 lo, et arrabone habet spiritum adoptionis. Hic si vacaret per oclum queri
 posset, quot in nobis effectus spiritus adoptionis producat? quam vim habet
 illa conduplicatio Abba Pater? Vide Iulianum. item de inuocatione sanc-
 torum. De illis verbis, ut eos qui sub lege erant redimeret. vide Hierony-
 mum; Misit Deus spiritum, id est, amorem filij sui, in corda vestra claman-
 tem Abba Pater. amore, quo filius amat Patrem, ut vos eodem, hoc est, fi-
 lij, seu filiali amore dicere possitis Abba Pater; cum verò idem sit amor
 filij, et amor Patris, quia eadem essentia, sequitur, ut amor, qui est in vobis,
 sit amor et Patris et filij, id est, nexus utriusq; ergo sicut hic amor nectit
 Patrem et filium, vniusq; facit, et vos debetis per amorem vnum esse in-
 ter vos, et cum Deo.

Theoria 3. de Adoptione

Circa illa verba ut adoptionem reciperemus. V. 5.

Adoptionis nomen licet in diuina adoptione verè et vniuoca ratione dicatur,
 tamen ab humana mutuatum est, cui prius impositum. quare ab hac ordia-
 mur theoriam. Aulus Gellius Att. li. 5. cap. 19. sic ait, cum in alienam fami-
 liam, inq; liberorum locum extranei sumuntur; aut per Pretorem fit, aut per
 Populum; quod per Pretorem fit adoptio dicitur, quod per Populum arrogatio.
 Adoptantur autem, cum à parente, in cuius potestate sunt, tertia mancipatio-
 ne in iure ceduntur: atq; ab eo, qui adoptat, apud eum penes quem legis actio est,
 vindicantur. Arrogantur ij, qui cum iuris sui sint, in alienam sese potestatem tra-
 dunt; eiusq; rei ipsi authores fiunt. sed arrogationes non temerè, nec in exploratè
 committuntur. Nam comitia etiam arbitris pontificibus præbentur; quæ curiata
 appellantur; ætas quoq; eius, qui arrogare vult, an liberis postea gignendis ido-
 nea sit; bonaq; eius, qui arrogatur, ne insidiosè appetita sint, consideratur. iusq;
 iurandum à e. ~~M. Pontifice~~ Maximo conceptum dicitur, quod in arrogando
 iuraretur, sed arrogari non potest nisi iam vesticeps. Arrogatio autem dicta,
 quia genus hoc in alienam familiam transitus per populi rogationem fit, eius

rogationis verba hæc sunt: velitis, iubetis, uti L. Valerius, L. Titio, tam lege iureque
 filius siet, quam si ex eo patre, matreque familias civis natus esset, utique ei vita,
 necesse est in eum potestas siet, uti pariendo filio est, Soc, ita ut dixi, ita vos quini
 tes rogo. neque pupillus autem, neque mulier, quæ in parentis potestate est, ar
 rogari possunt: quoniam et cum feminis nulla comitorum communio est,
 et tutoribus in pupillos tantam esse auctoritatem, potestatemque fas non est,
 ut caput liberum fidei suæ commissum aliena ditioni subijciant. Libertinos
 vero ab ingenuis adoptari quidem iure posse. Masturius Sabinus scripsit,
 sed id neque permitti dicit, neque permittendum esse unquam putat, ut homi
 nes libertini ordinis per adoptionem in bona ingenuorum inuadant. Alio
 quin, inquit, si iuris ista antiquitas seruetur, etiam seruus à Domino per pro
 torem dari in adoptionem potest. Idque ait plerisque iuris veteris auctores
 posse fieri scripsisse. Flactenus Gellius.

Femina va
 Pupillus non a
 gatur.

Masturius Sabinus
 scripsit, sed id neque
 permitti dicit, neque
 permittendum esse unquam
 putat, ut homines libertini
 ordinis per adoptionem in bona
 ingenuorum inuadant.

Seruus an dari
 in adoptionem potest.

11.

Quæ facilius intelliges ex subiectis Iustiniani instit. li. 1. tit. 11. sic habetur.
 Et quid est adoptio? Actus legitimus naturam imitans, ad eorum, qui li
 beros non habent, solatium inuentus. Fortè quispiam cum liberos non habe
 ret; vel quia uxorem non duxisset; vel sterile matrimonium esset expertus,
 vel liberos, quos habuerat, amisisset; seuare volens, aut natura malignita
 tem, aut infelicitatem fortuna, aliquem in adoptionem accepit. Hoc autem
 ideo dictum est, non quod ij tantum adoptent, qui liberos non habent, nam
 et ij, qui habent, citra impedimentum adoptant; sed ut id, quod plerumque
 fit, ostenderem. Porro quæ Latine dicitur adoptio, eam Græci $\beta\iota\omicron\sigma\epsilon\ \sigma\iota\alpha\nu$ vocant.
 est autem adoptionis nomen generale, et in duas species diuiditur, in arrogationem
 et in eam, quæ in generis sui nomine stat, et dicitur proprie adoptio, fit igitur duo
 bus modis, aut per principis rescriptum, eos, easue in adoptionem accepimus, qui,
 quæue sui iuris sunt; et hæc species adoptionis arrogatio vocatur, imperio ma
 gistratus, eos, easue adoptare possumus, qui, quæue in aliena potestate sunt, siue
 primum gradum ad parentes naturales obtineant, qualis est filius filia; siue infe
 riorum, qualis est nepos nepotis, et hæc proprie adoptio dicitur. Nam adoptionis
 nomen et generale, et speciale est, atque in primis id vtriusque commune est, cum, qui
 in adoptionem accepit, maiorem esse eo, qui adoptatur, oportere; cum ad simili tudinem,
 et imitationem nature introducta sit adoptio. Porro natura Pater filio sem
 per senior est, nam illud pro monstro sit, et à natura alienum, dicere filium Patre
 seniore esse, atque hæc tum in filiis familias, quam in Patribus familias procedunt.
 Porro necesse est, ut Pater octo decim annis præcedat, hæc enim ætas plena puber
 tas dicitur, quando et ipsi, qui tardius pubescunt, habitus corporis tunc omnino con
 currit. Quæritur autem an clivachus adoptare possit? et dicitur Thlibiam, aut eorum
 tum adoptare non posse, nam quibus natura negavit liberos gignere posse. At
 que hæc, neque ius civile, quod natura vestigia sequitur, concessit. quum ne sperare
 quidem possint, ut liberi unquam vent operem, quibus ~~non sunt~~ sunt membra vi
 rilia, ut castrati, aut à nutrice, vel forsitam matre extrinxi sunt testiculi, ut Thlibia.
 at Spado, quoniam is sperare potest, ut vicio, quo tenetur cessante, liberos possit gignere.

Iustinianus
 Imperator.
 Adoptio quid?

Adoptio.

1. Species arrogatio.

2. Species adoptio.

Pubertatis
 10 annos.

Funeribus
 adoptare.

Capitulum
 Thlibia
 Spado
 etc.



reli

rectè in adoptionem accipietur tam filium familias, quam patrem familias. Quoniam per adoptionem in liberos patria potestas quæritur; at mulier, ne naturalis quidem Liberos, in potestate habet, et ius civile, naturam, quantum potest, sequitur. Hæc in iuria igitur neminem adoptabit femina; nisi ex indulgentia principis in solatium amissorum liberorum, aliquem velit in adoptionem accipere. Itaque mulier, quæ liberos non habet, ne ex rescripto quidem principis aliquem adoptat. Quidam servum suum adoptavit. quæritur an valeat adoptio aut quid inde sequatur? et scribunt veteres responsum esse à Catone adoptionem quidem non valere, nam ea in liberis personis locum habet; sed tamen adoptione, quamvis adoptio nullam vim habeat, liberum fieri servum Sunc; qui enim servum adoptare voluit, dubium non est, quin eum tacite manumittere festinavit.] Flaccenus ex Justiniano.

Ad pleniorè intelligentiam addo ex Summa Mon. th. 48. cap. 8. Adoptio est legalis actio ad solatium eorum, qui liberos non habent, inducta, pene naturam imitans.] vel [Adoptio est legitimus actus, per quem, qui filius non est, pro filio habetur.] Prior enim definitio non ita placet, quia et liberos habentes adoptare possunt, licet facilius concedatur liberos non habentibus. Iasonis hæc correctior definitio: Adoptionis, in genere; [Adoptio est actus legitimalis, per quem vel fit transitus in potestatem, vel saltem ius intestatæ successions deferretur, pene naturam imitans.] In specie; [Adoptio est actus legitimus, per quem magistratus auctoritate fit transitus de potestate in potestatem naturali vinculo concurrente, quo non concurrente, non fit transitus, sed sola ab intestato successio deferretur.] Altera species sic definitur. Arrogatio est actus legitimus, per quem Somo sui iuris principis auctoritate alterius potestatem ingreditur.] Varsque sic definit; [Adoptio est alicuius extraneæ personæ in filium, aut nepotem legitima, et gratuita assumptio. 1. secundum leges nullo precio interueniente, seu libera voluntate adoptantis celebrata.] Quæ res sic, est gratuita assumptio, seu acceptatio ad hereditatem personæ extraneæ, seu ex vi suæ originis non habentis ius ad ipsam.]

Venio deinde ad diuinam adoptionem. Pro certo statuo à Deo in filium posse assumi extraneam personam (imo de facto assumptos et homines, et Angelos) legitime, et gratis, hoc est, secundum Dei leges, nullis eorum meritis, sed ex gratia ipsius, quod est adoptari, siue filium Dei effici per adoptionem. sed illud attende, licet adoptio propriè dicatur tam de Deo adoptante, quam de homine adoptato, tamen et Deus Pater, et homo filius per adoptionem non nisi improprie, ac metaphorice dicitur; sicut inter Somines et pater, et filius ex adoptione resultans, non nisi metaphorice dicitur propter similitudinem, et imitationem patris, ac filij naturalis. quicquid autem de humana adoptione dicitur essentialiter, id sanè et diuinæ conuenit adoptioni; et si non nihil secundum aliqua acciderent, talia differant. Nam. 1. Deus ex desiderio gratuito, et voluntate benefaciendi, nos assumit in filios, quod includit verbum optandi, siue adoptandi. 2. nos nossumus natura filij Dei, et si ab eo creati; sui quidem eramus per creationem; tamen alieni à gratia, et sanctitate Domini, dum hanc non impertijit. 3. i. d. d.

12.

13.



adoptamur, ut Dei simus heredes; consensu quidem nostro, ut pote qui iuris nos
tri simus; siue consensu ecclesie, quae velut tutrix in sua potestate paruulos
sibi infantes habet. Neque tria in adoptionem veram, propriamque in genere
considerata concurrunt. Verum quod Deus habeat filium naturalem, non
impedit; quod non querat sui solatium, sed nostri, parum refert; quod herede
ditas adeatur viuente Patre Deo, nihil importat detrimenti, sed haec omnia
perfectiorem in dicant adoptionem apud Deum, quam apud homines; et cer
ti cum adoptio sit iuris positium, et quasi contractus quidam volunta
rius, possunt eius circumstantiae principis statuto mutari, ac variari; ma
ior autem auctoritas, et potestas regis regum omnium Dei, ut legibus suis
statuat modum, et formam, integritatemque, adoptionis Suius supremam
et prestantissimam omnium.

14.

Ratio adoptionis in hoc sita est, ut is, qui filius meus non est, sed alie
rius, ipse meus fiat; ad hoc requiritur vtriusque partis voluntas, ut in Summa
nis contractibus fit. vnde si filius est sui iuris, eius consensu fit adopta
tio; si vero in patris potestate, sine illius consensu non fit. vbi autem maius est emandi
periculum, maior postulatur auctoritas, nempe principis, ut in arrogatione, minor vbi
minor, ut praetoris, in adoptione. voluntas adoptantis, ac desiderium filij prima est,
atque origo adoptionis; vnde nomen desumptum; sicut arrogationis ex solemnitate
per mutuam interrogationem. Ad rationem filij sequitur, ut patris potestati subda
tur, et eius hereditati succedat; quasi hoc illius premium sit; nam in obedientem
filium quicumque pater exheredare potest, obedientem non potest. Adoptare pro
prium videntis ratione naturae; sicut et contrahere, et legibus uti. Ut Deus aliquem
adoptet, satis est, ut sibi in intellectuali gradu conueniat; per quem similis ei
sit, et copax participationis naturae diuinae, atque adeo hereditatis aeternae. Ange
lis non competit, ut quempiam adoptent; quia neque suam naturam communica
re alteri, nec heredem aliquorum bonorum valent efficere.

15.

In diuina adoptione res haec sublimiorem habet modum, atque ratio
nem. Et enim licet Deus non sine creatura rationalis consensu eam sibi adoptet,
tamen ipsius voluntas aliquid ponit in adoptato, nimirum gratiam suam, quae
inhereat intus in anima, sitque participatio quaedam diuinitatis; per quam effici
mur diuinae consortes naturae. 2. Pet. 1. 4. Videte (inquit Ioannes 1. 3. 1.) qua
lem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur et simus. q. d. vere
ra per adoptionis gratiam sumus filij Dei, cum adoptati ab homine nomine tenus
sint filij; tamquam Summa adoptio molli fibula, s. fragili contractus sit nexa;
diuina solida, et firmis fixa radicibus hereat. vnde et diuina adoptio in scrip
turis sacris, generatio, siue regeneratio dicitur. 1. Pet. 1. 3. Luc. 1. 15. Tit. 3. 5. Et
Ioan. 1. nati dicuntur ex Deo filij Dei. et Ioan. 3. renati ex aqua, et spiritu sanc
to. quare haec adoptio per iustificationem fit, ipsaque est iustificatio.

16.

Cum autem adoptio naturae sit quaedam imitatio, et si parum referat, quod
adoptans habeat alium filium, tamen adoptatus locum subit filij natura
lis. Quare quicquid naturae filijs praescribit, id totum debet, quantum licet adop
tans

dici filij Dei secundum adoptionem, quia licet non sint extranei, per culpam ta-
men poterunt esse.

18.

Christus, ut homo est filius ~~virginis~~ naturalis Virginis; ut Deus non per na-
turam, neque per adoptionem, sed per gratiam; contra, Verbum carne vestitum
est naturalis filius virginis, Verbum carne vestitum est Deus, ergo ut Deus est
filius virginis. Rr. Deus est filius virginis, sed non ut Deus, sed ut homo, quia
ut dicit causam, et non propterea est Christus filius virginis quia Deus, sed
quia homo; quod autem Deus sit filius virginis ex gratia collata virginis fa-
ctum est, cum electa est, ut esset mater filij Dei. Aureolus, Adoptio inter So-
mines, originem traxit ex eo quod quis habens magnam hereditatem, vel
carens filiis, vel indignos habens, vel tantas diuitias, ut pluribus suffice-
rent, voluit sibi extraneum adiungere ad amorem filialem, et heredita-
tem possidendam. quare adoptio est admissio extranei in filium ad amo-
rem filialem, ex quo heres fieri queat.

Digressio de filiorum Dei adoptiuorum
dignitate, et nobilitate

19.

Ex tribus hoc loco diuinus Paulus nobis offert considerandam, et contemplan-
dam (ut apprimè cognoscamus, et estimemus, ut par est) dignitatem adoptio-
nis, et nobilitatem filiorum; ad quam per gratiam à Deo sumus euecti, super
exaltati, atque sublimati; nempe ex dono, ex nomine, ex hereditate. Donum
est, quo maius non est, nec esse potest, spiritus sanctus, qui dicitur spiritus
filij Dei. (V. 6) Nomen est filius, quod superat et longo intervallo antecedit
nomina, et cognomina, quæ et humana presumptio adinuenit, et faustuosa
procurauit ambitio. Hereditas (V. 7) denique beata, Dei conspectus, atque
eterna possessio, qua gloriosa et nunquam desitura felicitas constat.

20.

Dedit itaque homini Deus spiritum filij sui, ut sui gratiæ munere anima
intus ornata splenderet, et toti supposito, seu personæ hominis appellatio-
nem exterius largiretur eximiam; ex qua beatitudinem speraret eternam.
Hoc beneficium, Sane gratiam sub nomine charitatis exaggerat, et ampli-
ficat, dilectus unigeniti filij Dei Ioannes 1. epistola canonica cap. 3. 1. Videte
(inquit) qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur, et
simus. et deinde versus hereditatem declarans, addit; Charissimi nunc
filij Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus, scimus quoniam cum ap-
paruerit similes erimus, et videbimus eum sicuti est. Pro illo verbo videte
S. Augustinus reddidit ecce, quæ particula in rebus maximi ponderis, et exis-
timationis adhiberi solet. Petit ergo sacer scriptor ut animam aduertamus, se-
riusque, ac diligenter attendamus et aurificis veluti trutina ponderemus, et
perspicaciter contemplemur magnitudinem diuinam, quæ in hoc beneficio
elargiendo præluceat, ac promicat; ut non tantum nobis permiserit cognomi-
nari, quod maximum esset, verum etiam, et esse Dei filios; quod absque du-
bio longe maius est; imo sine contentione maximum, atque amplissimum
beneficiorum, quæ in hominibus collocauit altissimus. qualem Græcè

ΠΟΒΟΠΗΥ. .i. quantam; verum cum in rebus corporis expertibus non differat magnitudo à qualitate, seu (vt aptius loquar) à qualitate sumatur magnitudo, rectè interpretes reddiderunt, qualem Charitatem, .i. quantum amoris, vel quàm singulare, atq; eximium donum, seu beneficium; vt intelligatur posita causa pro effectu; vel certè Diuus Ioannes interpretatur spiritum esse Charitatem, siue amorem.

Nam quid est Spiritus Sanctus, nisi amor Dei? et quid amor Dei, nisi donum Dei: per quod filij efficiamur Dei? quare non opinor aberraris, si dixeris, Charitatem hinc vocari, quam nostri Theologi gratiam nominant; quæ est in anima nostra habitus quidam infusus, quo à Deo diligimur, eiq; placemus, grati q; sumus, (vt alias latius exposui) ex qua gratia procedit Charitas, qua nos Deum diligimus. In hoc autem dono (siue vna qualitas sit, vt nonnullis Theologis placet, siue duplex habitus, vt nos cum s. Thoma arbitramur) nititur, constatq; adoptio, seu spiritualis filiatio; de qua in presenti verba facimus. Vt verò perspicui manifestum q; fiat, etiam in eruditis, et parum in diuinarum, siue supernaturalium rerum consideratione versatis, quam ingens, quam excellens sit Dei donum, posse nominari filium Dei, ex eo fortè conijcere ~~est~~ licebit, quòd potentissimi quiq; olim inter Ethnicos tanti hoc cognomen putauerint; vt minimè contenti innumeris alijs summa laudis, gloriæq; nominibus, hoc vnum summo animi iuxta etiam per varias technas, et artes, quas ingeniosa cupiditas Sonoris excogitauit, sollicitè ambierint, sibiq; vindicarint, vel potius insolenter, et audacter usurpaauerint, et retinuerint. Ille Magnus Alexander, qui tot rerum gestarum excellentia claruit, vt totum orientem, hoc est, maxima regna, innumeras pene gentes subiugauerit, vt inde nomen consequutus fuerit Magni, imo orbis terrarum dictus etiam fuerit expugnator, et Dominus; tamen, quasi ista minimè essent satis ad libidinem gloriæ, quam sitiēbat, explendam, Loui Ammonis filius voluerit à sacerdote salutari; vt sic confirmata vulgi opinione, quæ falsò sparsa fuerat, reinceps ab vniuersis Dei filius nominaretur. Domulus item non contentus gloria conditæ urbis, quæ mundi imperij fuit caput, Martis filius nuncupari voluit. Hæc eadem nefaria ambitio fecit, vt imperatores Romanorum Dij nominarentur, imo et quidam audaciore temeritate Deos se nuncupari iusserunt. Non est quippe aliud gloriæ nomen, quod huic valeat equari. Verù quòd Magni inter mortales, quòd summi imperatores tam ardentè desiderarunt, tam superbe, atq; insolenter optarunt; nec tamen consequi nisi per fraudes, et malas artes, idq; falsò, et mendaciter potuerunt; vt filij Dei nomen clarum obtinerent; hoc Christiani Dei benignitate, ac liberalitate re ipsa, et verissimè obtinemus.

Maximè verò attendere oportet ad illud, Dedit nobis, quam singularis sit hæc hominibus impensa Charitas. Et quidem inficiari nemo potest diuinum amorem, non solum ad homines, verum et ad omnes res creatas pertinere. scitum est illud sap. 11. 25. Diligis enim omnia, quæ sunt, et nihil odisti eorum quæ fecisti. At tamen hæc dilectio vniuersarum creaturarum nõ

21.

22

23.



adequat, nec attingit quidem paternam charitatem, quam contulit nobis, di-
fecit filios. Præter angelorum enim Hierarchias, nullis alijs ex his, quas
condidit creaturas, Deus potestatem dedit filios Dei fieri, nisi homini-
bus, non cælis, non elementis, non astris splendentibus in cælo, non precio-
sis lapidibus, gemmis, margaritisve, aut argento, aut auro in terra ia-
centibus; licet tanti fiant apud habitatores terræ; neq; ipsi Luna pulcher-
rimæ inter errantes stellas, neq; Soli omnium Luminum parenti, neq; ve-
getabilibus plantis, arboribus, Serbisq; ac fructibus, arbutisq; salutaribus;
neq; sensibilibus animantibus, siue reptantibus, ac gradientibus super
terram, siue intra aquas natantibus, et viuentibus, siue per aëra volantibus.
Hæc omnia non reputata sunt à Deo digna, quibus filiorum nomen concede-
ret, aut Patrem possent Deum appellare. Ut videtur à mirari Gentium idololatiam.

Homo creatura
alijs antelata
in filiatione.

24.

Quod si in scripturis sacris aliquando nominatur Deus Pater Luminum,
ut Iacob. 1. 17. et Pater pluuia. Iobi 38. 28. Prior quidem locus ad filios =
adoptionis spectat; qui lumina dicuntur propter splendorem gratiæ, vel
ipsa dona à Deo accepta, lumina dicuntur. Posterior autem locus non proprie,
sed per similitudinem, ac metaphoram intelligendus est; nam ratione =
creationis, et conseruationis, Deus omnium creaturarum Pater, imo et mater
dici potest; ut ibi ostendit satis eruditè, atq; philosophicè noster Pater Ioan-
nes Pineda, qui in Iobi elucidatione superiores reliquos, qui se etate præcesse
runt longè antecelluit, atq; superauit. Propriè verò solum, quæ intellectu præ-
ditæ sunt, creature filij Dei dici consueuerunt; si gratiæ sint adoptionis par-
ticipes. Angelici ergo spiritus, ex quo gratiam à Deo participarunt filij Dei no-
minati sunt; de quibus capiendus ille locus Iob. 1. 6. quodam autem die cū
venissent filij Dei. (Angeli boni) affuit inter eos etiam Satan. Sostis, non
filius.

Iacob. 1. 17.
Iob. 38. 28.

Iohannes Pineda

Iob. 1. 6.
Homo in filiis
non angelis cogi-
tus.

25.

Est igitur magnificentissimè actum cum homine terræ filio, cum ei per
diuinam adoptionem datum est, quod ex creaturis vni nature angelicæ cælo-
rum incolæ fuerat communicatum. sed ex eo magis admiranda beneficii su-
ius magnitudo, quod ei tributa est, qui non extraneus modo erat, sed etiam
seruus natura, imo ac peccator, ac filius iræ, quod hic expendens Chryosto-
mus, [ex seruis, inquit, liberos, ex paruulis adultos, ex alienis heredes, et filios
facit gratia.] Priscorum Romanorum leges teste Masturio apud Gellium,
et Catone apud Austimianum in institut. ut supra in Theoria 3. relatam est,
quin etiam imperatorum, qui postea successerunt, decreta serio cauerunt, =
sanxeruntq; ne qui seruus fuisset à nobili equite patriciæve adoptari pos-
set in filium, etiam si iam libertinus esset, indignum quippe iudicabant ser-
uum, qui fuisset, eo conscenderet, ut et Sonoribus, et diuitijs domini sui potire-
tur, atq; gauderet. Egregia sanè lex, quæ seruorum insolentiæ, et ambitioni
frenum iniecerat; ne forte per fraudes, et occulta parriçidia, audacter ag-
grederentur, quod (nemine ipsorum conscio facti) putarent sibi iam lice-
re, satis itaq; visum est, si gratitudinis ergo dominus cum vellent, posset ser-

Chryostomus

Seruis eorum
adquirimus
libertatem.

Cautio legi
egregia.

uam



uum fidelem, ac de familia sua bene merentem libertate donare. Verum fines
 Suius modi excessit, terminos legum humanarum diuina transiit q̄terni Pa-
 tris bonitas, cum misit spiritum filij sui in corda nostra clamantem Abba
Pater. Siquidem seruos non iam conditoris Dei, sed mancipia peccatis non
 solum alienos, sed hostes, in adoptionem filiorum asciuit. quis non admire-
 tur, laudetq̄ hanc Dei immensam benignitatem! O Deus optime, quid in me
 aspicere potuisti? quid boni intuitus es? quid tuam bonitatem excitauit?
 ut me de limo effictum, natura seruum, sceleribus exosum, non modo me-
 ritis nullis precedentibus, sed multis, maximisq̄ demeritis obsistenti-
 bus tanta dignatus sis miseri cordia! Vt erutum ex potestate tenebrarum
in lucem regni substuleris, et participem spiritus filij dilectionis tue per
adoptionem esse decreueris! Hac in re non alia sanè nisi filij tui, redemp-
 torisq̄ nostri merita efulgent, quem in hunc mundum misisti factum
ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adop-
tionem filiorum reciperemus.

Precessit Suius rei typus (ni fallor) in illo seruo, qui à suis fratribus
 venundatus, mancipatusq̄ alienis, in Ægypto primùm seruilem vitam sub domi-
 no Phutiphare principe militiæ egit; deinde reus factus à Domina grauissi-
 mi delicti carceris vincula passus est tam aspera, et dura, ut pertransierit fer-
rum animam eius teste psalmographo; sed tandem ex tenebris carceris educ-
 tus, et libertate donatus à rege Pharaone ad lucem regni translatus est, fac-
 tusq̄ secundus à rege, et totius Ægypti princeps, ac dominator institutus
 est. quem adumbrat iste Iosephus? nisi te O Christiane, qui Demonis astu-
 tia, et inuidia sub peccato venditus miseram seruisti seruitutem; qui pro-
 ditionis non fietq̄, ut ille, sed verissimè damnatus, tartareas in tenebras
 merebaris dimitti, et relegari; sed Summi imperatoris Christi stola indutus
 candenti, auretorque circumdatus, ipso donante recepisti et libertatem, et
 regnum, spiritus ipsius, et hereditatis socius effectus, et frater Regum, atque
 imperatorum beneuolentia maximi estimatur; quam et plurimi toto ani-
 mi conatu ambiunt, affectantq̄; verum licet eorum gratia ad deo crescat,
 ut per eam Somines, alioqui humili genere nati, ad summum dignitatis
 gradum conscendant; (alios enim ita euehit, ut præesse illos velit supremose
 natui, vel Castellæ, vel Sanctæ Inquisitionis, vel Indiarum, et ceteros alios
 regie aulæ maximos prefectos constituit, quosdam etiam vice reges in axi-
 morum regnorum facit; neminem tamen tantopere effert, ut desinat fa-
 mulus regius nuncupari; imo ipsi etiam regni proceres, atq̄ magnates, qui
 pro sui status, ac nobilitatis priuilegio operto capite coram rege sedere con-
 sueuerunt, ad famulitium pertinent, famulatus nomen retinent; et si
 in eius modi dignitatum maximarum loco constituti; neq̄ eorum quis quâ
 vel fratris, vel filij honore donatur, neq̄ mensæ accumbere unâ cum re-
 ge, neq̄ celsitudinis prerogatiua velut persona regia honoratur, Unde
 liquet quam excedat, ac superet diuina charitas humanam amicitiam,

26.

27

Digressio de filiorum Dei nobilitate.

28.

siquidem illa facit filios, quos amat, hæc vix facit amicos, quos plurimi facit. Si verò obijciat etiam apud reges locum habere adoptionem; nam ut ex vera historia constat, Augustus Cæsar Imperator adoptavit Tiberium, Tiberius Caligulam, Claudius Neronem, qui propterea iure filiorum illis successerunt in Romano imperio; similiter Nerva Traianum, Traianus Adrianum, Adrianus primo Commodum, deinde Antoninum, Antoninus Marcum Aurelium, Justinus senior Justinianum adoptavit; qui omnes tamquam filij, et hæredes paterno sunt imperio potiti. Micipsa Rex Africa adoptavit Jugurtham, et hæredem cum duobus naturalibus filijs partis regni fecit. Non abnuo, tamen aio magnum esse discrimen; nam si imperatores, alijque eorum similes ob filiorum defectum legitimorum, atque ad solatium orbitatis filios sibi delegerunt; quibus suo arbitrio, et voluntate delectis relinquerent, quam, ut propriam possidebant hereditatem imperij; quod tamen vel inuiti aliquando erant relicturi; immo Sorum quidam per dolos, fraudesque in adoptionem peruenerant. At Deus filium habebat dilectissimum, optimum, sibi per omnia equalem; in cuius complexu conuiesceret; quem constituerat hæredem vniuersorum; per quem fecit et secula etæ Heb. 1. 2. Nihilominus suo nutu, suaque sponte adeo nos sumi abiectos, è terra natos, et ob scelera indignissimos; tamen ipse ita dilexit, ut baptismatis prius sacra limpha lustratos, et filij sui unigeniti sanguine ex captiuitate peccati assertos, in filios adoptauerit, spirituque sancto suo donatos hæredes effecerit æternorum bonorum; et sui naturalis, et consubstantialis filij voluerit fieri cohæredes. Neque verò hæc nomine tenus munera ineffabilia prestitit; sed verè regis ipsa spiritu filij collato, et diuinæ naturæ consortio dato, ut Sanctus Apostolus Petrus non sine admiratione, et amplificatione, tantum beneficii commemorat. 2. Petr. 1. 4.

Obiectio Imperatores filios adoptauerunt

Salustius in Jugur. 64.

Responsio

Heb. 1. 2.

2. Petr. 1. 4.

29.

Maxima, inquit, et preciosa nobis promissa donauit, ut per hæc efficiamini diuinæ consortes nature. Sed non est omittendum quod subditur statim immediatè; Fugientes, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptio nem. q. d. S. Petrus, si hæc dignitate filiorum vultis gaudere; si hæc nature diuinæ participatione potiri; si tantum, tamque preciosum munus conseruare cupitis; videte, ut fugiatis à mundi concupiscentia; quæ exitium, corruptionemque æternam parit. Videte, inquam, ut ita viuatis in seculo, ut nihil vobis de seculo adhaereat; sic curratis ad hereditatem cælestis patriæ, ut nihil de terrenis sordibus admittatis: id enim maximè decet filios adoptionis, ut quam simillimi sint filio naturali, asserente Paulo Rom. 8. 29. Quos præciuit, et prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Magna dignitas nostra, ut qui erat ab æterno unigenitus Dei filius, fiat ex tempore primogenitus inter multos; quos Pater communicato filij sui spiritu, adoptione fecerit filios, et sui filij fratres, per charitatem, quæ diffusa est in cordibus eorum, per Spiritum Sanctum, qui datus est eis. Rom. 8. 5.

Rom. 8. 29.

Rom. 8. 5.



Hanc altissimam filiorum Dei nobilitatem admiratus D. Leo Magnus Su-
 ius nominis primus Pontifex Summus (qui inter alios Magni cognomen
 tum propter sua preclara gesta sibi vindicavit) instar Leonis rugitum
 edens, sic adhortatur Christianum serm. 1. de Natu. Domini. Agnosce O
 Christiane dignitatem tuam, et diuinæ consors factus natura, noli in ve-
 terem vilitatem degeneri conuersatione redire. Vide cuius capitis, et cuius
 corporis sis membrum, et quia erutus de potestate tenebrarum, translatus
 es in Dei lumen, et regnum.



[The remainder of the page contains several lines of text that have been heavily crossed out with multiple diagonal and horizontal strokes in dark ink, rendering the original handwriting almost entirely illegible.]

[Faint, mostly illegible handwritten text, possibly in Latin or French, covering the majority of the page. The text is heavily obscured by diagonal ink scribbles.]



TEXTVS

V. 8. sed tunc quidem ignorantes Deum ijs, qui natura non sunt Dij, seruibatis.

V. 9. Nunc autem cum cognoueritis Deum, imo cogniti sitis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma, et egena elementa, quibus denuò seruire vultis.

V. 10. Dies obseruatis, et menses, et tempora, et annos.

V. 8. sed tunc quidem ^{Alia translatione} ignorantes Deum, seruibatis non natura existentibus Dij.

V. 9. Nunc autem ~~cum~~ cognoscentes Deum, magis autem cogniti à Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma, et egena elementa, quibus denuò desuper seruire vultis.

V. 10. Non discrepat.

V. 8. Tunc enim cum ignorabatis Deum, colebatis eos, qui natura non sunt Dij.

V. 9. Nunc autem cum cognoueritis Deum, vel potius cogniti sitis à Deo, iterum conuertimini ad ea elementa infirma, et egena, ac denuò vultis illis seruire.

V. 10. Dies, et menses, et tempora, et annos obseruatis.

V. 8. sed tunc quidem cum ignoraretis Deum, seruibatis ijs, qui natura non sunt Dij.

V. 9. At nunc postquam cognouistis Deum, quin potius cogniti estis à Deo, quomodo conuertimini denuò ad infirma, et egena elementa, quibus iterum ab integro seruire vultis

V. 10. Non discrepat.

scho.

I

His tribus versibus (nime fallit opinio) arbitror illationem contineri, quatenus vincere Galatas erroris circa fidem superioribus argumentis Apostolus enixè contendit; admonitosq; vult desummo periculo excidendi à filiorum statu, quem tam toperè commendauit, sed minimè eam nudè ponit modo dialectico. Verum instar oratoris prudentissimi ornatam nouis argumentis luminibusq; illustratam è Rhetorum penu erutis, et ad permouendos, et peruincendos animos aptè compositis. Breuiter hæc est illata conclusio.

Ex dictis colligo miseros vos esse, qui seruituti, quam euasistis, iterum subiiciamini, infirmis, atq; egenis elementis seruire volentes. Miseriam eorum exag gerat per aduerbium quomoda in quo inest diaporîa, seu dubitatio, quod schemata rem impossibilem, vel saltem difficillimam, certè absurdam esse, quam velint amplecti, et sequi inruit. Quare subinterrogatione illa et tacita responsio subest. Non video. Non intelligo, vel exceptio illa, Nisi decepti estis. Nisi insanitis. quem sensum maxime insinuat V. 11. Timeo vos etc. et 17. sed excludere vos volunt. et 20. quoniam confundor in vobis. Amplificat erroris, et miserie magnitudinem, ex eo, quod in luce errant, cum cognitam Deum



offendant, atq; suo facto ~~prodati~~. Amplificationem vero ex contentione magis illustrat, cum ait, non valde mirandum si iam Deum ignorarent, idolo Patrie dediti essent, sed potius quam tantum Beneficium Divinitus acceperunt, ut in Dei cognitionem venerint, et ab eo in gratiam accepti sunt, nefas esse ab eo iterum ad triana Deorum nomina, vel fragmenta concertari, aut legis ceremonijs omni virtute cassis venia velle inseruire. Memoria (inquit S. Bruno) repetita prioris status indicat in nihilo eos reliquisse solorum cultum, si legem amplectantur. Prius (ait Valques) non filij ut Iudei, sed serui omnino eratis Idolorum. Inferiori quidem gradu, quam illi; iam vero per fidem filij facti, et nihilominus ad seruitutem reuultis?

2

Sed. Per aduertiuam particulam indicatur velle Apostolum ex dictis euertere Galatarum persuasionem, qua delusi fecerant contra, atque deceret ingenuos filios Dei. Sino quidem. Cum scilicet intenebris versabamini Idololatrie. Argumentum est à temporis circumstantia. Particula quidem ornatus causa addita est, ut Græcè Μετ' Ignorantes. extenuat ignorantia crimen illius temporis, quod exaggeerat notitia presentis. Græcè δὲ ἰδωλῶν non agnoscentes, nescientes Hieronymus. Deum ~~ipse~~ absolute dixit, quia solus est, solus bonus, verus, æternus, viuus, sapiens, iustus, atq; fons totius, et cuiuslibet esse. Deum inquam, cui timor vni debetur, reuerentia, et seruitus, qui ex se ipso sibi sufficit, nec nostri indiget. Ps. 15. 1. Deus meus est tu, quoniam bonorum meorum non eges.

3.

Ijs, qui natura non sunt Dij, id est, non verè erant Dij. (nam in quibusdam rebus, quod natura non ~~est~~ inest, nullomodo inest. ita Mariana) sed opinione hominum facta, et illudentium demonum ~~te~~ technistales putati sunt, et nominati. q. d. neq; ex se, et ex propria natura, ut Deus verus, neq; per naturalem originem, aut coniunctionem naturalem creatæ naturæ cum increata; sed dumtaxat opera, et artificio hominum, et diaboli fraude decipientis, et deludentis sensus, et mentes eorum. Ps. 113. Simulacra gentium aurum, et aurum, opera manuum hominum, os habent et non loquentur, oculos etiam. Ps. 134. idem repetitur additurq;: Neq; est spiritus in ore ipsorum.

1

Ps. 95. quoniam omnes Dij gentium demonia. Apud ethnicos, (ut Augustinus refert, De ciuit. Dei lib. 3. cap. 23. et 24.) ~~et~~ erant homines, qui malis artibus in simulachra manibus efficta artificum, Demones inducerent, ut inde responsa darent; sed de his plura fortasse in Theoria. De cognitione Dei apud ethnicos, id notandum, quod scriptum est Rom. 1. 18. 19. 20. 21. 22. 23. eos quidem cognovisse Deum inuisibilem per creaturas visibiles, tamen non glorificasse eum sicut Deum, sed evanescentes in suis discursibus, et iudicijs in profundas ignorantie tenebras incurrisse; honorem q; vero Deo debitum idolis reddidisse, et simulachris hominum mortuorum, imò brutorum animalium imaginibus. Illorum itaq; cognitionem inanimalem, atq; notam fuisse; quia non solum absq; amore, et cultu; sed potius cum iniquitate coniuncta fuerit. seruiebat; Patriam, quæ vni Deo debita est, idolis exhibent;

4.

ipsi. Protoni, prohi scelus horrendum! sacrificia offerentes, victimas immolantes.
 Infelices sane, qui iugo tam graui, atq; indigno oppressi seruitutis pro religione
 superstitiones sectabamini; proq; vero Dei cultu inanes, et fallaces umbras, seu
 imagines Deum, imo demonum colebatis. At cur εδδ λευβα? dictum a verbo
 εδδ λευω et verbum λαβεω relicum est? Numquid insinuatum voluit Apos
 tolus Ethnicos nihil diuinum re ipsa coluisse, sed seruorum in morem Deorum man
 cipatos miseruisse? sic affirmat Iustinianus. sed esto ignari, et ceci 20 tempore suis
 tis, quid mirum, si in tantum errore lapsi estis? ignorantie venia datur. Gen.
 22. 4. ait Abimelech, Domine num gentem ignorantem interficis? maxime ve
 ro mirandum est, scientes, et videntes impingere in lapsum. Nam in tenebris quis
 non aberrat? in luce vero clarissima cum offendatis, quis ferendum putet? quare
 2 Petr. 2. 21. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post agni
 tionem retrorsum conuerti ab ea, quod illis traditum est, sancto mandato. Unde se
 quitur.

Nunc autem. Redditio similitudinis; per antithesim sibi respondent. tunc
 quidem, nunc autem: Ignorantes, cum cognoueritis; Deum, egeia elementa;
 seruebatis, seruire vultis. Tunc, refert tempus idololatriae, nunc euangelicum
 tempus refert, illud fuit noctis, et tenebrarum, hoc lucis, atq; diei. Rom. 13. 12:
 Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, et
 induamur arma lucis. etc. Ioh. 1. 8. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem
 lux in domino. etc. Cum cognoueritis. Graeci γνουσες, cognoscentes, ut seruen
 tur similes casus in antithesi. Cognitio haec est per euangelicam praedicationem,
 et fidei Christi doctrinam. q. d. cum ad lumen admirabile euangelij veneritis;
 quo lumine Deum verum fide certa cognitum habebitis. Haec non est actio solius
 intellectus, sed voluntatis simul. sic Luc. 23. 49. stabant autem omnes notitius
 ablonge. et Luc. 1. quoniam virum non cognosco. Ioan. 10. 14. 27. Cognosco oues me
 as, et cognoscunt me meq. 1. Ioan. 3. 1. Propter hoc mundus non nouit nos; est idē,
 atq; illud Ioan. 15. 19. Propterea odit vos mundus. Imo cognitisitis a Deo. Cor
 rectio est elegans, et magis explicet, et exaggeret beneficium, imo, id est, potius.
 Graeci μιαιδον δε. Ar. magis autem. cognitisitis a Deo. Vsq; cum consecu
 ti sitis Dei notitiam, melius dixerit cum Deus vobis sui notitiam, et fidem com
 municauerit. Nam ab eius misericordia, et gratia praesenti illum cognouistis.
 Ab eo excitati estis, illuminati, et vocati. Unde vos ille prius cognouit, dilexit q;
 pende vos eius assentientes vocationi, vocantem cognouistis. Non solum inuauit

hic locus initium iustitiae nostrae a Deo esse, sed primum, ac potissimum id est, quod
 Deus sua nos cognitione dignetur. Cornel. Hebraicum agnoscit, et confirmat
 exemplis. Cogniti id est, cognoscere facti, siue docti. De notitia approbationis ser
 monem esse, non est dubium, de qua Ps. 1. 6. Nouit dominus viam iustorum. et 2. Ti
 moth. 2. 19. Nouit dominus, qui sunt eius. Ab ea excluduntur virgines insipien
 tes, quibus responsum est, Matt. 25. 12. Nescio vos. et Pseudo prophetae, quibus
 dicitur in die iudicij Matt. 7. 23 quia numquam noui vos. De hac beneuola cog

+ quod beneficium ag
 noscit & cum adm
 ratione exaggerat =
 Regius dicit Is. 1. 47. 4.
 Dne quid est homo, quia
 stinohist ei, aut filij
 hominis quia reputat ei!



Denovo, hoc est, ab integro seruire vultis. q. d. cursum oratis ingressi propter ad
metam, ecce hac ommissa, iterum retrouersis vestigijs ad carceris, id est, ad ritus lu
dicos regressi dimini; ut denovo, ab integro, seu a principio cursum inchoatis. Inculcat
seruitutem, que in ceremonijs legis inerat. Græcè καὶν ἀνοδὸν. Denovo, desuper.
Itaque iterum, ab integro, atq; ab initio. Inducitur nimis affectus redire volen
tium ad turpem seruitutem; unde ter idem dicitur, bis, iterum, et tertio desuper seu
ab integro, quod idem augeat.

Neg. vero est cui faciat negotium, quod se particule videantur indicare Ga
latas ante seruitute ritibus legis, quibus iterum seruire decreuissent. Non enim id ve
rum est; sed qui prius seruierant. Vix gentium mendacibus, iterum volebant serui
re superstitionibus Iudaicis. Itaque non refertur iterum nisi ad seruitutem in genere, non
in specie. Cui enim prius seruierant, deinceps etiam ad seruitutem relabebantur; licet
diuersa esset seruitus; prior Idolorum, posterior legis antiquatq; et castæ. Quin etiam
ut Theodoretus annotauit, et Ambros, atq; August. intellexerunt, regressu Galat
ta ad ritus Iudaicos videbantur ad Gentium mores redire; cum utrumq; iam superstitio
sum haberetur. quem sensum inuicit timor Apostoli, qui subiicit. V. 11. Timeo vos etia
imo lex, inquit. Porro, amodo vobis erit, quod Idolum] et simulatus Hieronymus
euidenter, inquit, ostendit Apostolus Galatas post acceptam fidem Christi ad Idolorum
ritibus reculturam, cum ait, quomodo etia infirma vero dicuntur quasi inefficacia im
becilla egena quasi alterius opis indigentia; nullam enim vim ex se habentia, si quid
efficerent, ex deuotione, et fide operantis proficisceretur. imo hoc tempore infirma, et
egena ad cognitionem Dei prestandam, cum iam sint inanes umbræ, atq; mendaces.
Cathar. frustra queritis per elementa mundi cognitionem Dei, quam iam habetis
per euangelium. Insuper redere cupitis ad umbras, que per lucem veram explosæ
sunt, atq; adeo nocuæ. Quare Tertul. mendica appellat, que aliunde mendicarent
virtutem. Hieronym. infirma, et pauperrima (sic corrigo mendicum excussoris) di
xit, et propterea infirmo, et pauperi sensu populi datur in deserto, quia non poterat
recipere, et sustinere maiora].

Nostri Theologi infirma dicunt, quod nam conferrent, egena, quod non con
tinerent gratiam, velati nostra, i. Ecclesie catholice sacramenta, que et in se con
tinent, et per se velut diuina instrumenta dant gratiam; illa enim indicabant,
siue cominus tribuunt. Infirma, et egena elementa dicuntur vetera sacramenta,
et ceremonie legis, non solum post Christi aduentum, ut indicat Hieronymus, sed eti
am antea cum maxime vigeret lex. Cuiusque que ex opere operato nihil conferrent
gratiæ, interioris ue anime munditie; et si ex fide operantis hominis iusti, uti opera
bona de condigno meritoria essent et gratiæ, et gloriæ auctioris. vide Quarey 103
Disp. 10. Sect. 3. in 3. p. Gabrielum Aluar. in lib. 41. 17. x. 270. Hæc.

Theoria I. moralis

De inanitate elementorum veterum.

Querit Hieronymus cur supra v. 3. dicantur elementa mundi dumtaxat, et hoc
v. 9. appellentur non mundi, sed infirma, et egena? Respondet id ad extenuandas
legis obseruationes pertinentes, que post adoptionem per Christum omnino sint cassæ,



et vane, neque id possint prestare, quod prius siquidem iam abrogate. Prius quae
(inquit Hieronymus) Christi in toto orbe Evangelium corruscavit, habuerunt
suum fulgorem procepta legalia, postquam vero maius Evangelice gratie
lumen effudit, et sol iustitiae toti mundo se prodidit, stellarum lumen abscon-
ditum est, et earum radij caligaverunt. Ita ut Apostolus. 2. Cor. 4. 10. dixerit.
Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte propter excellentem
gloriam. quod alijs verbis nunc legitur, ut dicat, Lex Moysis, quae ante Evan-
gelium dicitur, et opulenta, et clara fuit, post aduentum Christi ad comparatio-
nem eius, quasi infirma, et corrupta, imminuta, atque destructa est ab eo, quia ma-
ior fuit. Salomone, et templo, et Lonia. quod vero scriptum est. Ioan. 3. 30. illum
oportet crescere, me autem minui. non tam de Ioanne, quam ex legis perso-
na dictum puto, quia semper cedunt minora maioribus, et perfecta imper-
fectioribus praeparantur.

12.

Hanc infirmitatem, et egestatem elementorum, vel veterum ceremoniarum
representavit altare holocausti, quod non solidum, sed vacuum in-
neque intrinsecus fieri praeparatum est. Exod. 27. 8. quae etiam cucurbita Long.
4. 6. quae pro hedera a septuaginta vertitur. quam inanitatem legis, ut im-
pleret, Christus ait se remisit (Matt. 5. 17) ut firmitatem scilicet redderet, ac
multiplicaret. quare in lege gratia pro inani cucurbita datur plenus Christi san-
guine calix, proque ara vacua hostia Deo plena, pro umbra etiam temporali, qua
lis fuit hedera, seu cucurbita facile euascente, protectio concessa est nunquam
interitura, imo sempiterna; quam desideravit, et assecuta est sponsa Christi Ecce-
sia Cant. 2. 3. sub umbra illius, inquit, quem desideraveram, sedi, et fructus eius
dulcis gutturi meo. Umbra veteris legis non fructifera, sed inanes. Pro columna
nobis quid nobis datus est? nonne spiritus sanctus, quo agente ducimur inter-
nam rectam, ubi pro melle, et lacte sanctitas obis manat. Ps. 90. 1. Qui sibi
tat in adiutorio Hebr. כס חר bescher. i. abscondito, ut etiam vertit Hie-
ronymus, Altissimi: in protectione. Hebr. betsel. i. in umbra, seu in umbraculo, ut ver-
tit Hieronymus, Dei celi: Hebr. אדאי adai, i. omnipotentis, sibi sufficientis commora-
bitur. Hebr. יחורון ithonan, i. pernoctabit. q. d. Elque pone surido, o su assiente
en el alcazar, y torre encumburada del altissimo señor, parava la noche desta uida ala
sombra, y tutela del omnipotente que no a menester anadie. cuius scilicet in Regis pa-
lacio sedem habet, securus vivit, sub umbra protectus regali, nihil non habet pro votis.
Nam et Ceruam Augusti ubique securam reddebat illa inscriptio Caesaris sum, noli me
tangere, circa Sunc versiculum psalmi lege Belarminum.

Theoria 2. De inanitate Deorum, quos coluerunt gentes.
Vide Augustini De ciuit. Dei. l. 1. c. 283. Et l. 2. c. ultimo. Et l. 3. c. 12. Et l. 4. c. 8.
et seqq.

Scholium in V. 10.

V. 10. Dies obseruat~~is~~is, vel more Gentilico, ut ait Ambros. Dies observari consue-
uerant ab eis, qui dicebant tali die non esse proficiendum, illo nihil inchoandum:
mensures. cum dicerent, septima Luna non serendum, noua seruum emptum non oportet
tere duci domum. tempora Veris initium est, vulcanalia sunt, postero die egredi domo



non licet. Annos cum calendis Januarij principia deputent anni ob honorem Iani bissexti-
 tis. ista vero superstitio abolita est à populo Christiano. qui ex fide tenet prospera posse ce-
 dere quicquid sub Dei devotione simpliciter fit. Dies vero, quos Aegyptii vocant Altagos (Cor-
 rupto nomine) Aegyptiacos (ut video) appellatos apud Augustinum, frustra, et superstitio-
 se observantur, ut Martis Dies apud matronas Altagos. mali ominis habetur. Augustin.
 certe acriter hoc loco invehitur in eiusmodi dierum, ac temporum observatores, qui, vel
 ex Ephemeridis vitam naufragam gubernant, vel Mathematicos consulunt ad vos in-
 choandas; equidem ipse libenter in eos solet pro concione inuehi, qui Hispani, et Mantuae Car-
 pentumq; mea etate consulere consueverant, quos vulgari lingua Alca figuras vocant.
 Eluatores nempe figurarum, quibus inspectis vel praeterita, vel futura sese cognoscere ad-
 tant; quae plerumq; pendunt ex liberi hominis arbitrio, ut furta, secreta, ut mortes absenti-
 um, ut aduentum transmarinam; de quibus ita decernunt, ut plebs ignara, credat ab ijs certa
 sciri, et enunciari; quae, nisi Deus, scire nemo potest. quis enim futuras hominum cogitationes spi-
 re valet, antequam sint? sunt isti vel Oeconomis familiares, vel simplicium deceptores. de
 quibus Latè Covarrubias, et Ciruelus. En ali, si plura desideras.

Sed redde ad expositionem Suius v. 10. quem de Iudaicis observationibus fere omnes in-
 terpretati sunt; à quorum placito non abhorrent Ambros. et August. Observationes huiusmodi
 apud Iudaeos pertinebant ad ieiunia, festos dies, celebritates, solemnitatesq; et alia, quae lege
 praescripta erant, repetenda; ut dies sabbati, Neomenia Octavarum, siue Asimorum, et prima
 septimi mensis, Iubarum scilicet, et eiusdem mensis decima expiationis. mensis, primum qui
 vem ad celebrandum Pascha. septimum, qui pene totus sacer orat, et festus secundum
 legem Mosaicam; tempora ieiuniorum, Graecè Χαίρεσ a temporum opportunitates, quibus fieri
 quidpiam fas, aut nefas apud Iudaeos. statim quatuor temporum festa, ut Verè Pascha, Aes-
 tate Pentecosten, Autumno expiationis solemnia, et scenopegiam, Hyeme Encenia, Annos
 septimum remissionis, quem vocant sabbatum sabbatorum, quinquagesimum Iubilei.

Observabant igitur Galatae, 1. quasi intentis oculis expectabant, attento animo prestolaban-
 tur, veluti qui ex insidijs praetereuntem, ne se inscio transeat, observat. Tanta verò, et tam sollicita
 cura in re praesertim iam superstitiosa, victo illis datur. Nam abrogata lege Mosia eius ceremonia,
 et rituales observationes sine superstitione exerceri non poterant. unde Col. 2. 16. 20. 21. Nemo (in-
 quit Paulus) vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diet fasti, aut Neomenia, aut sabbatorum,
 quae sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Et infra v. 20. Si ergo mortui estis in Chris-
 to ab elementis mundi Suius, quid adhuc tamquam viventes decernitis. V. 21. Nētēgeritis, -
 neq; gustaveritis, neq; contrectaveritisque sunt omnia in interitum ipso vru secundum pre-
 cepta, et doctrinam hominum. et similiter Rom. 14. 1. 2. 3. 4. 5. licet scandalum prohibeat
 circa illos, qui vel ciborum delictum, vel dierum discrimen servabant more Iudaico, ob fidei in-
 firmitatem, tamen non probat, sed damnat in ijs, qui fidei peritioris erant.

Aqua certè servitute liberi sunt per Christum, quicumq; non ut Iudaei, temporibus astric-
 ti, sed quibuslibet diebus, et temporibus, ut Christiani, possunt ieiunare, orare, Laudes Deo cantare,
 verum agrum edere, Domini Iesu passionem, Resurrectionem, in celos Ascensionem, ac reliquas
 celebritates recolere. quae tamen celebritates ideo statis diebus (ut Nasion. et Hieronym. notant)
 certisq; temporibus in Ecclesia videntur instaurari, ac recoli; quia nec omnibus valet, nec omnes
 possunt, ut volunt quotidie repetere. Statuuntur itaq; dies ijs, qui memoriam iuvent, fidem renovant,



et communi multorum letitia animos exhilarent ad laudes diuinas, ut par est, recantant
 pas. quare impietas haereticorum longe exploranda, qui pijs ecclesijs statuis semper oblatant.
 Hic itaq; V. 10. à posteriori, i. ab experientia, et facto, quod negare non poterant, probat ha-
 satas reuocor ad seruilia ministeria, quod obiectum illis est per illam interrogationem.

quomodo conuertimini iterum ad infirma, et egera elementa, quibus iterum denuo sex-
 uere vultis? Non hoc inficiari potestis cum obseruetis dies. Adamus tamen obserua-
 tis, inquit, i. obseruare vultis, De eo deliberatis. Contra Ebionitas haereticos, qui tam no-
 ui, quam veteris testamenti, die festos colendos, Christianis dicebant, pugnat hic locus, qui
 rum error damnatus est in Concilio Laodiceano cap. 19. vide hic Justinianum nostrum.

V. 11. Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis.

II. Timeo vos, ne frustra fatigatus fuerim erga vos.

II. Metuo de vobis, ne frustra laborauerim erga vos.

II. Timeo ne forte in vanum laborauerim erga vos.

Scholiz.

1
 Nota hęc pars epistolę usq; ad V. 20. comparata est ad commouendos Galatas per
 varios affectus, ut agnoscant suam lapsum, et respiscant ab errore. Itaq; timet, hortat-
 tur, obsecrat, mitigat, laudat, amat, dubitat, propellit causas offensionis, in diuim rapit
 aduersarios.

Timeo vos, cum apud Latinos discernimen ponatur, quoties verbo timendi apponitur acu-
 satiuus, vel datiuus. Nam timeo te, intelligunt, ut hostem; timeo verò tibi, tanquam
 amico. Hinc difficilis explicatu redditus est iste locus. Quare quidam dicunt reducere
 per pleonasmum accusatiuum vos, sicut Hispani, *temeos, tememe, temote*. ita Mariam
 unde, inquit, Syra translatio omisit. Alij volunt esse antitipsin Hebraicam, et positum ac-
 cusatiuum pro datiuo etiam in greco.

2
 Sed haud mihi difficile, interpretari accusatiuum (ut infra) cum Chrysostomo, Sen-
 patius, quantum de Galatarum salute formidet, paucis verbis innuit, potius quam ex-
 plicat. Et tanquam, quid de illis timeat, dicere non audeat explicatè, atq; distinctè, ut
 multum haberet acerbicatis, et tristitię, quã mitigato sermone adiungit, ne forte et-
 timeo, inquit, vos, i. vereor, ut tam sitis in me iniqui, atq; hostes, ut meo me labore, i. fru-
 tu laboris priuetis. Nam id hostile ego iudicari; sed mitigat sententiam particula for-
 te, q. d. non omnino despero, faxit meliora Deus. At dicerent Galatę, quid ò bone Pater
 nos times? non enim fidei vale diximus? sed ego tamen in metu sum, ne cito eam deie-
 ratis. Imminentem metuo casum (ait Chrysost) tempestatem parturientem, ingens malum
 prospicio; sed in manu vestra adhuc res est, ut emendetis. Ideo mitius dicit: Ne forte sine
 causa laborauerim in vobis. i. ne si vos deseruimus fidem; quod ex vestra perit et li-
 bertate; in vobis, i. inter vos, seu in animis vestris semen euangelij in casum, et frustra
 sparserim. Nam equidem in tali euentu non sine vi multa Sathymarum usurparim il-
 lud Isaię 40. 4. In vanum laboraui et sine causa, et vanè fortitudinem meam consump-
 si. et illud 2. Petr. 2. 21. Meliuserat (i. minus fuisset peccatum, minorig; pna dam-
 nandum) non cognoscere viam iustitię, quam post agnitam retrorsum conuertit. Filii se-
 plorari possent casus varij hominum, qui è virtutis arce miserè ceciderunt, et perierunt. vide
 concionem nostram.



Hieronymus interpretatur Timeo vos. i. de vobis. Alij timeo vos. i. vobis. ut dixi per Hebraicum, sive Hellenismum. q. d. Tergo recolo de vestris malis. sed satis bonus sensus est supra explicatus. Timeo vos, timeo, non metudogais tantum malis. Bruno, Timeo vos, inquit, et nihil addo in vobis timeo, sicuti vos. ex Chrysost. et Hieronymo, forte dictum admodum rationem, et leniendam reprehensionem, abq. illa asperioram. In. Et p. ev. ruti expressum est ab interprete Latino vulgata editionis es omās, in vobis, quod notat Erasmus, Nam, ut ait Hieronymus, pro errore decepti erant, et ex solo, licet non secundum scientiam dicebantur. Unde subjicit.

3.

TEXTVS

V. 12. Estote sicut ego, quia et ego, sicut vos, fratres obsecro vos: nihil me lesistis.

Ar.

12. Nihil me iniuria affectistis. non derogat in alijs

Er.

12. Estote, ut ego sum, quandoquidem, et ego sum, ut vos. Fratres rogo vos.

Syr.

12. Estote, ut ego sum, quandoquidem et ego, ut vos factus sum. fratres mei obsecro vos, nihil me offendistis.

Scholiz.

Inter metum, spemq. constitutus Apostolus, dum fluctibus iactari Galatas videt, ne universi penitus absorbeantur, manum veluti porrigens, seu tabulam subministrans, qua portum tenere queant, sui proponit exemplum. quod sciat exempla saepe argumentis, atq. rationibus esse ad pervincendum potentiora; quod Chrysost. animadvertit. Hic ergo:

Estote sicut ego, quia et ego sicut vos. q. d. ut vult Hieronymus. Christus similis nostrifac tus. est, nostrę naturę suscepit erumnas; ut nos sibi similes efficeret, diuinę q. naturę con sortes. Ego it. q. d. Domini sequens vestigia, quantum licuit, me ad vestros mares componere stu dii; vos ergo inuicem meos mores debetis imitari. Par pari referte. Et siquidem ego Iudęus na tura, Gentium ritus, qui minimē obstant euangelio, vestri causa sequor. vos Gentium selec ta primitię, Iudaicas exremonia, quas, quia fidei euangelicę aduersantur, ego contemno; si militer atq. ipse facio, rejicite. Ducem me vobis libertatis exhibeo; me sectamini; quicquid aly de legis necessitate iactent, et intendant, ne audire quidem debetis. Hunc sensum te net etiam Chrysost. et s. Thom. cum gloria, et fere recentiores, atq. me iudice, proprius du lus loci. Pastor nimirum pellem induit ovis, ut oves eum sequantur. Rex prudens regnum nouum ingressus habitum gentis, acritus imitatur, ut ciues sui facilius ipsius sequantur imperium, et conseruent obedientiam. quod fecisse laudatur Philippus 2. Rex potentissi mus Castellę, cum Lusitanię regnum tamquam legitimus heres adijt, et pro Antonio non legitimo herede rebellans immisso exercitu subdi sue coronę compulit. Ambros. et August. paulo secius explicant: nimirum hortatur Paulus, ut se Galatę ad meliora conuertant, licet errauerint, nam ipse ita fecit, cum in simili errore fuisset olim pro legis ob seruatione persecutus ecclesiam. Non enim sane immutationem difficilem esse, cum homines sint, quod et ipse sit. q. d. ego vobis similis homo in eodem errore versatus, me tamen cor rexi. qui ergo secuti estis errantem, sequimini penitentem. ita Ambros. qui hęc vltima verba Theodosio imperatori subiecit dicenti se peccasse sicut Dauidem. August. Contem nite, inquit, sicuti ego Iudaicas, et carnales obseruationes, quia et ego homo sum, sicut vos. Alij, ego desij Iudęus esse, idem vos facite, vel cupio ut similes simus, ne locum habeant acres obiurgationes, quę tamen obuestram utilitatem fiunt. Premq. Estote perfecti in fide, et de venia nolite desperare meo exemplo. Claud. Legion. q. d. amplius extendunt. Estote mihi per omnia similes; ego vestram libertatem suam secutus Iudaicis obseruantij;

1.

2.

3.



reiectis, vos eadem facite, ut me sequamini. Ego vos ardentius diligo, me vos simili ardore diligite. Ego non puto me lesum à vobis, ne ego putetis me vobis voluisse aliquando nocere.

4. Trevo. sic videtis me ipsum relictois Iudaicis superstitionibus (quæ aliquando cum lege luerunt, quæ suo tempore clara, et opulenta fuit. sicut altera Noemi) soli Christo credere. Estote ergo, et vos filij, sicut videtis Patrem. sufficit discipulis, si sint sicut magister, sicut ipse aliquando fuit, sicut vos nunc estis. existimans summam religionem esse. et (ut dicitur) proram, et pupam in his carnalibus consistere ritibus; quorum celo tunc persequeretur Ecclesiam Dei; quæ omnia nunc arbitror ut stercora, quisquiliis, et perissemata, quasi quædam medicinas, quæ vetustate vires suas amiserunt, magis nocent, quam prosunt.

5. Frater obsecro vos. Hieronym. ad superiora refert, et Bruno, alij omnes ad ea, quæ secuntur. S. Thom. hinc ostendit Apostolus increpationem hanc, quam præmisit, non ex odio, sed ex amore præfusa; causam odij veram excludit per hæc verba charitatis, et modestiæ plena; Frater obsecro vos. nihil me lesistis. Frater, nomen est charitatis, obsecro verbum modestiæ, nihil est vera excusatio, et causarum odij remotio. August. Frater obsecro vos. oportune, ac decenter facit eos recollere charitatem suam, ne tanquam inimicum eum deputent. dicit ergo Frater, precor vos, nihil me lesistis, tanquam si diceret, ne ergo putetis, quod ego ledere vos cupiam. Remig. Obsecro, ut me patienter audiat. Nihil me lesistis, cum primum vobis prædicavi, sed patienter audistis. idem nunc facite; sic etiam Vasquez.

6. Chrysost. Ambros. Hierony. Thom. Blanditias inquitunt adiungi ab Apostolo, quod maxime necessarium est suasoni; ne asperitate sermonis abalienet eorum animos, ad quos verba facit. Itaq; quos prius insensatos dixerat, nunc fratres compellat, et mutuo amore conuinctos obsecrat, ut humilitate frangat, verbis, atq; modestia molliat. quæ orationem reprehendendi commendant Patres, et præsertim Hieronym. et Thom. et à Prælati seruandam dicunt. Asperitatis scilicet vino lauanda vulnera, sed lenitatis oleo sananda. sic i. Petr. s. 1. Seniores, qui in vobis sunt, obsecro consenior, et testis passionum Christi. 2 Cor. s. 20. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. 1. Timot. 2. 1. Obsecro primum fieri obsecrationes. 1. Cor. 14. 4. Damnantur pastores, quibus dicitur, cum austeritate imperabatis, et cum potentia. Unde sequitur, disperse sunt oves meæ. quæ omnia inquit, S. Hieronymus, ad humilitatem nos prouocant, et supercilium decutiunt episcoporum; qui veluti in aliqua sublimi specula constituti vix dignantur videre mortales, et alloqui conseruos suos. discant ab Apostolo errantes, et insipientes Galatas fratres vocare, discant post increpationem blanda verba dicentis; Frater obsecro vos. i. obsecrans loquor (ut Titelmanus exponit) quæ ratio dicendi, humilitatem præferat. Vide infra Chrysostomum. n. 9.

7. Obsecro vos, quid nam? sic cum superioribus iungas facile apparet cum id obsecrare. i. per Deum obtestari, et deprecari, ut sui exemplum sequantur; si cum sequentibus loquar, sim agnosce. q. d. quæso vos mihi credatis. Nihil me lesistis. licet videar aliter insinuasse, cum dixi Timeo vos. et hæc cautio confirmat primum sensum illius versuuli obsecro, notam esse blandientis ait Negeus, et apud Grecos δειόμε, ita non nunquam sumi ipse probat. & passim videor apud comicos.

8. Frater obsecro vos. videtur mihi hæc aposiopesis sapere, sicut illa Seneci. i. quæ ego et And. Act. 1. quem quidem ego sensero. quid vero supplendum hinc est?

! P S

Quod mirum par est, ut obsecret, ne scilicet se existiment illis infensum, inimicumque; quod calumniabantur huiusmodi, vel certe poterant calumniari in malum sensum interpretantes (sicut Claudius notat) verba reprehensionis, quibus Galatas appellavit supbastulatos, ac insensatos. Obsecro vos fratres, ne me arbitremini iratum vobis, atque hostili odio commotum reprehendisse verbis asperioribus, nulla enim talis odij subest causa, hoc est: Nihil me legisitis.

Nihil me legisitis. Nullam passus sum contumeliam, ut aliqua possit esse suspicio imminuta, onerata erga vos benevolentia. Nullam mihi intulisti iniuriam. Quare nec est cur vobis succenseam, aut iracundia commotus, increpem acius. Quod si quid commotus esse videor, amore id factum credite; vestram enim vicem maxime doleo. Itaque non infensio ex animo hinc obiurgatio nata est, sed ex vestre salutis desiderio.

Chrysost. Post sectionem, inquit, oleum infundit, iacula prius torserat, deinceps dicit molioribus mitigat, quod sapientis est, et medici, et oratoris. Ne tempestas dicenda, que aquis tempestivis irrigat terram; nec stomachatur quisquis, blanditijs agit; Hisp. non est tempestas, oborrascit loquor para en agua, ni eno so de qz para en Galagos. Et Deus fulgure impleviam fecit, neqz in perpetuum irascetur. vide Claud. v. 16. infra.

Hæc correctio vehementer possit excitare amorem Galatarum, atque ad eam longius protrahit in sequentibus versibus. Multa enim et eximia eis benevolentia, et amoris insinuat documenta; ut tandem aliquando in suam sententiam trahat, atque à seductori eripiat fallacis, quorum calumnia nititur debere, et evertere, ut actutum patebit.

TEXTUS.

V. 13. Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelisavi vobis tam pridem, et tentationem vestram in carne mea.

V. 14. Non spreveritis, neque respuestis, sed sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum.

V. 13. Vobis prius, et experimentum mei in carne mea.

V. 14. Non pro nihilo habuistis, neque respuestis.

V. 13. Nostis et prius et experimentum mei, quod erat in carne.

V. 14. Non estis aspernati, et sed velut angelum Dei suscepistis me.

V. 13. Nostis enim quod per infirmitatem carnis meę euangelisaverim.

V. 14. Et tentationem, quę erat in carne mea non spreveritis, neque exorati estis. Et tanquam etc. Discrepantia verba tantum posuimus.

scholia

Quod magnum habet ad persuadendum efficacitatem redduntque, et viam aperit ad non molestas reprehensiones, magnis se meritis obstrictum, et beneficijs obligatum ostendit; ut pateat nullam subesse malevolentia, aut odij causam; sed potius amoris, et benevolentia, ostendit itaque tantum abesse, ut illos oderit; ut potius amandi maximas causas habuerit. Itaque obiurgationem non ex malevolentia ortam, ita s. Thom. q. 7. Sinc patet me à vobis minime lesum, quod potius maxime me fueritis amari complexi, etiam cum minus externa specie videret amandus. Anselm. supra asperè correctos, nunc demulcet, blandiende, obsecrando, et bene gesta eorum memorando.


Scitis. eos vult esse testes sui ex gaillos amoris, quem in euangelio inter ipsos annunciando ipsism et exhibuerat; nullis quippe difficultatibus, et nullis calamitatibus oppressus, non geritima corporis inertior fideus, non adversariorum iniurijs retardatus est, quo minus opus suum, ut instituerat ad perfectionem perduceret, operamque, et laborem, imo salutem, et vitam pro eis impenderet.



Scitis autem. Non est cur alios aduocem testes, vos ipsi meministis, satis id notum omnibus, nemo nescire se potest. Dicere autem, explet orationem, et continuat cum precedenti sententia, quia, siue quod. Hellenismus, nam Latinus sermo per infinitiuum effertur sine his particulis. Per infirmitatem carnis. Syr. addit, meo maiori explanationis gratia, et per emphasim, ut Graece additur articulus THS q. d. Suius carnis. Anselm. per infirmitatem carnis. eo tempore, quo infirmabar in carne mea predicavi vobis euangelium Christi iam pridem, et tamen non spreuistis, ut me vilem iudicaretis, tentationem vestram in carne mea aegrotante. Tanta enim fuit infirmitas corporis in me, ut vos inde tentari potueritis, et putare, quod non esset in me virtus aliqua spiritaliter, qui corporaliter sic infirmabar, nec essem Apostolus Christi, quem ita doloribus agitari permetteret.]

3 Chrysost. Theod. Ambros. August. Thom. Hieronym. et recentiores multi. Legio. Sca. Glos. Vtrags. Vatab. Adam. Anselm. infirmitatem carnis interpretantur iniurias, odia, flagra, exilia, criminationes, delationes, carceres, proscriptiones, et eiusmodi alia, quae passus est Apostolus in euangelio disseminando inter Galatas, de quibus pluribus agit. 2. Cor. 11. et 12. q. d. per medias hostium acies transgressus, fluctus aduersos perumpens, undasq; tranans imbecillo corpore, opponens certè debilitatem carnis meae hostium exercitibus, tandem, quod nixus sum, obtinui, ut vobis Christum annunciarer, quod omnes vos certò scitis.

4. Hieronymus alias producit interpretationes, prima est, quam probant Legerus, Claud. Clar. Adam. Anselm. infirmitatem q; pro egritudine sumunt, qua laborauerit opud illos. Nam dolore capitis vexatum aliquando fuisse ait Hieronymus. quem dolorem angelum satanae appellauit. 2. Cor. 12. 7. Infirmitatem non suam, sed Galatarum imbecillitatem carnis intelligit, quod aduoc ad maiora imbecilles lacte doctrinae ab Apostolo pascerentur. Sane placuisse video Gagnio, Claudio, Rezero, qui, inquit, quasi carnem nihil suscipere intelligenti spiritalis, nec possent carnem subijcere verbo Dei. Hae tamen displicet Catbarino, quia non appellaret Sane tentationem, sed quid si appellat tentationem, seu probationem Galatarum; qua eos probauit Apostolus, quasi de eis diceret, ridia, et minora edocens, vel, ut ait Hierony. quae Apostoli erat dispensatio, et praeparationis infirma simulatio, et recta pro tempore gubernatio; illa esset tentatio Galatarum; quibus parua magna videbantur, quae ex sua conditione minora essent. Sed hoc locum non habet in syriaca versione, ut patet supra legenti illam. 3. Imbecillitatem dicit Pauli, qui in corpore, seu natura imbecilli existens caelestia, et aeterna promitteret, et non in sermone sapientiae, sed homo humilis, atq; contemptus, velut alter Ionas in Sabitu naufrago, et peregrino, incognitus, tenuis, non delicias promittens eliquas, et (ut dicitur) lac gallinaceum, beataq; pleno copia cornu; sed crucifixum predicans, et Sunc caelestia pollicentem, quis non videret? Non risere Galatae. Hanc expositionem probat Trexo, et videtur eadem cum ea, quam supra ex Anselmo proposui. Mariana sic egregie: [In abiectione sine ostentatione euangelizavi vobis] Catbarinus: [non cum potestate, et virga; sed leniter, cum illis, et omni mansuetudine ambulans] eadem voce vsus est 2. Corinth. 11. Me quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. et 2. Cor. 13. 9. Quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis.



Jandem idem Hieronymus, per infirmitatem, inquit, Carnis, non spiritus, namlcet corpore imbecilli, tamen animo vigenti eram, nec deficiens in laboribus, signa etiam mirabilia diuinitus patrans, ait Bruno. De varia significatione Carnis Sabes infra cap. s. v. 17. Longam digressionem. Non mirum ergo si pro varietate acceptionum vane etiam explicata sit infirmitas carnis. Hieronymus, et Anselmus iam pro imbecillitate corporalis natura, iam pro actuali opitudine corporis acceperunt. item pro passionibus, seu tribulationibus corporalibus, seu à Iudæis, seu à Gentilibus persequentibus. et has acceptiones alij interpretes quisq; securdum proprium arbitrium suat secuti. S. Thomas etiam pro cognatione accipi posse iudicauit, dum per tribulationes, inquit, quas patiebar à Iudæis, qui sunt de carne mea, vel quibus affligebatur caromea. Valsque pro externa hominis specie ab omnibus humanis prosidijis nuda, atq; adeo despicibili accipi debere arbitratus est. ut patet infra.

Et tentationem vestram, qua vos tentati estis, et ponitur vestram pro vobis, ut ait Adamus. Tentati vero sunt, ut ait Augustinus, ex infirmitate Apostoli, quam patiebatur in carne, hoc est, in corpore, dubitantes intrum eum reciperent, an non? quare infirmitatem suam appellat tentationem Galatarum, quod ex ea infirmitate nasceretur hæc tentatio. Mariana, offensionem, inquit, ob meam abiectioem non curastis. Syriaca (ut quidam Latini loquunt) meam. Illa enim Similitas, seu abiectio, et mea tentatio actiue, et vestra passiuè dici potest. Græc. (ut Ar. et Eras. vertunt) experimentum mei, ut tentatio passiuè referatur ad Apostolum, tentatum scilicet afflictionibus, ut exponit Vatab. et Arias, qui sic explicat. Et illud experimentum constantie in tantis vexationibus, quibus exercebar non spreuistis, sed intellexistis ex magna virtute Dei in carnis meæ infirmitatem sese ostendentis, et probantis esse, Ideoq; me excepistis studio sissimè, et amantissimè, adeo, ut vos beatos existimaretis ministerio meo. Communis hæc interpretatio est, et tentationem vestram, qua vos tentati estis in carne mea dum afflictum me, et abiectum videretis, quod alienare posset imbecilliores, ne sequerentur, quem irrisum, et ludibrio expositum cernerent. vos tamen non modo non alienos animo effecit, ut pro nihilo faceretis, aut contemptum repelleretis, sed in insignem amorem, et beneuolentiam adduxit. August. non valde discrepat ab hac expositione cum sic explicat. Tentationem, qua per meas ærumnas tentata est fides vestra in me, atq; probata, non parui fecistis, aut contemnendam patastis tamquam vilem, neq; rursus periculi cõmunionem recusastis.

Observatio locutionis

Modus iste loquendi per infirmitatem carnis euang. vobis, similis est illi, quo vsus est Cicero in Ver. Per ludum, et negligentiam ad honores peruenit, vel illi, Per ocium castrorum hostium expoliavit. Sumit enim non causam, tamquam causam. quare quod interpretatur Anselmus, per tolerantiam aduersitatum, credo magis ad sensum Apostoli dicere per afflictionem, vel Simulationem, quæ meæ carnis imbecillitatem indicabat. In firmus enim videtur (inquit Ambros) qui Simulatur, et non resistit. Et tentationem, quam dixit propter euangelium infirmitatem, rursum appellat tentationem sed diuerso respectu. infirmitas enim erat Apostoli, sed tentatio Galatarum, vel etiam



eiusdem Apostoli. quare cum obiectum, ac subiectum infirmitatis, ac tentationis esset
Apostolus, vel egritudine affectus, vel iniurijs lacessitus, tantum valet dicere non res-
piciatis, i. non spreueritis tentationem, seu infirmitatem, ac si dixisset, non spreueritis
me debilitatum egritudine, aut persecutionibus tentatum, et oppressum. Est enim tropus
metonymia ubi ponitur abstractum pro concreto, vel res Sabita, et possessa pro Saben-
te, et possidente, sicut passio pro patiente.

7.

Valque sic explicat. [vobis autem omnibus notum est, me, cum euangelium vo-
bis antea predicarem, nudum fuisse, et inopem ab omnibus humanis presidijs, atque
adiumentis, quibus possem mihi animis vestros conciliare, et euangelio fidem compa-
rare, ab eloquentia nempe, et mundi sapientia, rebusque ceteris generis eiusdem.
1. Corinth. 2. 3. Ego in infirmitate, et inopis etiam quantatempore à me ipso, hoc
est, ab imbecillitate carnis meae inopia, et tenuitate omnis humanae sapientiae, et elo-
quentiae tentati, ac lacessiti fueritis, ne mihi crederetis, imo ne me audiretis, scitis
etiam nuditatem istam, atque inopiam meam ab humanis presidijs, quae erat vobis
quasi tentationis occasio, et incentiuum ne mihi crederetis, nihil vobis nocuisse, quo-
minus praedicationi meae acquiesceretis, imo multa destitutum tam pie, et sancte
suscepistis, et auscultastis, ac si angelus Dei, aut Christus ipse ad vos venisset.] ita
etiam Seripandus.

Iam pridem Gr. τὸ πρὸ ἔργου Arias, Erasmus, Syriaca prius, Alij antea.
Hieronymus quamprimum, vel cum primum ad vos veni, vel in principio,
vel quando vobis euangelium annunciaui. Ego dicerem, Hisp. La primera
vez, secundum Gr. proprietatem πρὸ ἔργου. vel diastha, Los años passados,
hoc est, iam pridem. Bruno. non pauco tempore, quod tunc vobis esse posset.

SCHOLIA IN VERS. 14.

1.

V. 14. Non spreueritis, neque respiciatis. respicere, peius est quam spernere, ut no-
tauit Bruno, addit enim cogitatur opus. Sed sicut angelum Dei, summo inho-
nore Sabitum, et tamquam de caelo lapsum, à Deo missum internuntium rei
magis, et letissimae excepistis, seu suscepistis me, atque (ut verius dicam) quoma-
gis appareat vester in me amor, et reuerentia, sicut Christum Iesum suscep-
tum tractastis, in eoque loco Sabuistis, ac si ipse me Dei filius, quem vobis annun-
ciabam, vestris tectis, et sedibus exceptus moraretur. Jam beatos, ac felices meo
aduentu vos reputabatis. Insignis hyperbole, quae valet ad explicandum eximi-
um gaudium, quod excepto Apostolo, et audita eius doctrina Galatae Sabuerunt.

2.

Ex quo colligitur affectus tenerissimus amoris, et eximia erga illum Chari-
tas, et benevolentiae signa incredibilia: qui recipit vos, me recipit (ait Christus
Matth. 10. 40) Theodoretus etenim existimabatis ipsum Christum per me ob-
seruare. Hieronymus aduertit Angelo hic Christum ostensum fuisse maiore,
quem secundum dispensationem corporis minorem Psalmista cantauerat.
Minorasti eum paulominus ab angelis, et tantum in principio sua verba va-
luisse, ut angeli putarentur, et Christi.

3.

Meritissime laudi datum est Galatis, quod arumis, et calamitatibus
pressum Apostolum, non spreuerint, siquidem vulgus hominum eiusmodi



erummosorum Deo haberi odio arbitratur, ut contigit Paulo apud Melitenses à Viperatae
 10. quem Insulani ceperunt quasi dignum morte reputare. Existimatur enim verum illud,
 quod Lyricus cecinit. Raro antecedentem scelustum deseruit pede pena claudat Attamen
 non multo post videntes mirabilia, Deum iam esse dicebant. Acto. 28. 4. 5. 6.

V. 15. Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis quia si fieri posset oculos vestros eruissetis, et dedissetis mihi

V. 15. ^{Alia Translatio} quare igitur erat beatitudo vestra? Testor enim vobis, quod si fieri potuisset, oculos vestros effoscos dedissetis mihi.

V. 15. Vbi est ergo beatitas vestra? Testimonium enim fero de vobis, quod si fieri potuisset, oculos vestros eruissetis, ac dedissetis mihi.

V. 15. quare igitur beatitudo vestra? Testimonium enim reddo vobis, quod si fieri potuisset, oculos vestros effoscos dedissetis mihi.

Scholium

Amplificat amorem erga se Galatarum ex duplici argumento. Nam cum se beatos existimabant ex tanti Apostoli communicatione, tum parati erant, vel in difficillima re, ipsi morem gerere, etiam si opus esset oculos ei dare.

Vbi. Tis. que pro vbi positum. Græcè, ut notat Theodoretus, Oecumenius, Rectius itaq; Vulgatus interpres, quam ceteri dum explicat enallagem Vestra nostra habent nonnulli codices Græci; Beatitudo quidem Pauli dici poterat quam ei Galatæ tribuebant, cum veluti de celo missum suscipientes summo amore prosequerentur, et beatum predicarent. Unde Græca quidam sic credit, que, vel qualis igitur nostra erat beatificatio? Num ex animo profecta fuerat illa vestra, in me observantia, illæ laudes, et Charitatis erga me vestra = dulcia pignora? non dubito, cum centum mihi sit, vos ita fuisse animatos, ut etiam oculos mei causa exuere in minimis poneretis.

Si ita exponas, hæc interrogatio ad amplificationem amoris pertinet, ut iam dixi; exprobat autem quod ab illo sensu defecerint, et mutati sint, sed præstat lectio nostra à Xisto Pontifice probata, que vestra habet, ut beatitudo Galatarum intelligatur, qua ipsi à ceteris Ecclesijs, et ab ipso et Apostolo beati predicabantur, et extollebantur, tamquam in fide præstantes. sic Ambros. s. Thom. Adam. Claud. Legrus, Gagn. Ocum. imo semet ipsos idè Galatæ beatos dicebant, quod ealem, actantum Apostolum sua fidei nacti essent. Serip. Arias, sed interpretes ipsos, audi.

Tom. Cardus ita: vbi est ergo beatitudo vestra? qua dicebamini beati bonis inijtis, et quasi proficiendi gradibus feruentes. q. d. Pudeat vos esse mutatos; mirum est enim, quod à bono decidistis. sequitur Tr. exo. [Missis tuis manum ad aratrum, et retro respicitor cum culmen imponendum erat edificio, vi deo imitia, et fundamenta seclueria] Ocum. etiam per admirationem expli



cat, eque erat, et quantum erat? Admiranda quidem illa fides, et premium illi repositum. A quanta beatitudine excidistis? Hic, ut patet, beatitudinem eorum intelligit in spe, sed et per interrogationem explicari posse, idem ait Cumenius. quanta erat? memento te quanta fuerit beatitudo vestra. plurimum enim beatificabam. Nunc autem quid? increpo, propterea odio habeo. quare increpo? Propter salutem vestram. Alioqui, qui prius laudabam, et beatos predicabam, quo modo nullam occasionem proboles vituperassem? Claudius, ubi beatitudo vestra, qua vos beatos arbitrans, ante laudabam, et qua predicabamini ab omnibus? Fidem Christi, in qua beatificabamini, exposulat, et exprobrat. Beatitudinem vero dicit fidem illorum, per quam in spe beati erant. Quod sumpsit ex Cumenio. Aut verecundia seruens Apollolus, beatitudinem dixit pro obseruantia, et reuerentia in ipsum exhibita. Quouis modo desiderat in eis Apostolus antiquam fidem, pristinam erga se benevolentiam.

4.

Mariana [Vbi etc. i. exultatio propter me, aut plausus qui abijt.] Hugo, Hoc, quod honorifice, et iucunde eum receperant, appellat eorum beatitudinem, i. causam beatitudinis. Catharinus Græca secutus. [quæ erat ergo beatitudo vestra, ac si dixisset. In quo tunc bonum vestrum ponebatis, quando tanto me affectu, et honore, tamquam angelum Dei, aut ipsum Iesum recipiebatis? Vtrum in me qui eram infirmus, an vero potius in eo, quod ex me audiebatis, scilicet veritatis verbo, certè in verbo veritatis non in me, qui ex me nihil eram, et ut hunc effectum exaggeret, addit. Testimonium. etc.] Anselmus, Beatitudo vestra, i. illa affectio, et humilis deuotio, quam erga me habuistis, quæ erat causa futura beatitudinis vestræ; ubi est nunc, cum sine causa me spernitis, et respuitis? Bene reuocat eos, vocando illam affectionem beatitudinem, quia si illam amittunt, sane perdent, quæ illius effectus est. Legionensis, quæ igitur erat beatitudo vestra. cor te hæc erat, me iacentem exigere, abiectum non spernere, contemptui habitum venerari, atq; colere, vestras fortunas cum afflictis meis rebus coniungere, et vel capitis periculo subleuare, eripere, vosq; ob eam rem felicissimos arbitrari.]

5

Theophylatus, [Vbi igitur beatificatio vestra? Ambigit, et admiratur, et increpat.] Seripandus reprehensionem. Sane dicit etiam) quæ, inquit, fuit beatitudo, et felicitas vestra? hoc est, quoniam abierunt illa omnia propter quæ felices predicabamini ab omnibus, Ceu doctoris vestri amantes! non enim iam video, perinde quasi aduersante in me affectu sitis, olim me propter predicationem verbi oculis chariorem habuistis. quid igitur causa est, cur me nunc hostem suspicemini? Absurdum fuerit, qui à vobis tanto sit honore affectus, cum nunc vobis hæc infensa, et inimica mente dicere. Augustinus deinde admirans, eorum opus spirituale commendat, ut hoc intuentes in carnalem timorem non decidant. Quæ ergo fuit, inquit, beatitudo vestra? cum doloris sensu pronuntiandum ex Ambros. Lomb. Interl. Theodoro, Cornelio.

6.

Tria, dicitur s. Augustinus, in votis habuisse. V. videre Christum inter homi



nes conuersantem. 2. Romam cernere inflare imperij triumphantem. 3. Audire
 D. Paulam e suggestu concionantem, fulminare vibrantem. 4. Beatos fecit Christi dis-
 cipulos. 5. Galatas. 6. meminem.

Beatitudo ponitur hoc loco pro beneuolentia. Valgues, pro obseruantia. Claud.
 pro deuotione, Anselmus, pro honore. Cathar. pro exultatione, et plausu erga Apus-
 tolicam. Mariana, pro profectu in doctrina. Lomb. pro fidei profectu. Theodor.
 ubi pro clara (ait) fidei faciora. Ambros. pro laudatione Galatarum. Beati-
 tudo (inquit etiam Adamus) qua ego vos pro alijs beatos predicabam; est laus
 ex comparatione. Prior beatitudinis acceptio magis est temporalis, licet de re
 spiritali sic communiter dicitur beatus, quisquis aliquid pro dotis obtinuit
 boni, ut Galatas obtinuerunt D. Paulum Patrem, et magistrum suę fidei. Pos-
 terior beatitudinis significatio videtur de vera beatitudine, sed non re, sed spe subita
 inchoata, non perfecta, ut Lomb. explicat, quomodo etiam dici solent vulgò beati, qui
 bene viuendo ceteros edificant, bonum præbentes virtutis exemplum. sic Hisp. di-
 citur. Porde esta vuestra beatitud, i. vuestra virtud, quouis modo intelligi velis
 Sunc locum, rectè conueniet antecedentibus, et consequentibus.

Testimonium enim seipsum testem offert amoris, et laudis in se Galatarum,
 non contentus ipsos testes protulisse; sed cum iste amor in beatitudine illorum
 inclusus sit, addit rationem, quæ explicat per hyperbolicam exaggerationem, quanta
 hæc fuerit, quæ nempe eos tantopere subiectos reddiderit Magistro, ut pro eo non
 dubitarent oculos effosios sibi, ei præbere, si ita fieri licuisset. et necessarium iudica-
 retur. Videtur igitur particula enim adhibita, tamquam expositiua eius, quod per
 eclypsim subtrahit Apostolus; nimirum se non esse dubium, quin eorum beatitudo,
 hoc est, beneuolentia erga ipsum Apostolum, et sanctitas, atq; letitia in eo re-
 cipiendo vera fuisset. quippe qui animo essent æquo ad rem preciosissimam, Charis-
 simam, summè necessariam pro ipso attendendam. Ne tamen incredibile videatur
 testificatio amoris, præmunitionem adhibuit. si fieri posset, inquit, iure certè
 non potest fieri, ut quis pro alio eruat sibi lumina; sed maximum est indicium amo-
 ris ita affectum esse quempiam, ut si liceat, velit pro dilecto lumina ipsa dare. Nis-
 cio quid magis dulcia sonat dare oculos quam vitam. Cuiusmodi exaggeratio hyper-
 bolim sapiens ponitur à Domino. Mat. 5. 18. et 19. q. ubi oculus pro re charissima
 et imprimis necessaria ponitur. Eruiissetis, et dedissetis. mirutatim exprimit, et si
 gillatim, ut per partes magis actio appareat horribilior, et Charitas, quæ ad re-
 tantam audendam impulerit, illustrior. De oculorum estimatione vide Iustin.

Itaq; ait Apostolus, Vbi ergo est beatitudo vestra? ubi illæ vestræ de me voces?
 laudes illæ? illa iudicia? ubi illa vestra de me gloriatio? Tam cito, tam temerè
 animos erga me, et euangelium mutastis? Argumentum hoc firmitudinis in ac-
 cepto euangelio indicat temeritatem eorum, qui in fide Christi quibant, vel
 ab ea defecerant. qui enim tam firmi erant in fide, ut pro magistro fidei ou-
 lis, etiam priuari libenter sustinerent; nonne temerarij existimandi erant, si il-
 lam vellent deserere, vel mutare, aut in ipsum magistrum minus ostenderentur
 affecti. Habet autem hæc oratio varias in se affectus inclusos. Nam dum interro-
 gat, admiratur, dum admiratur dolet, dum dolet increpat, dum increpat laudat, dum
 laudat, mitigat, dum mitigat, allicit, dum allicit, ad se trahit, dum ad se trahit, ad fidem



reuoocat. si opus esset. si expediret ad ecclesie utilitatem; Sane solam vicissitudinem, euangelico lumine aequaler, vel minus imparer arbitranter, lumina vestra reddidissetis ex vultu effosa, et eruta; qua in re dubitatio nulla esse potest; quia mihi certissima, et experientia constat euidentissime.

9.

Adrianus, Testimonium, laudat eos, ut excitet ad sui amorem, et ita sibi illi persuadent, non ex similitate, sed ex solitudine erga eos, quae dixerat profectasse. Claudius, ex aggeratio est beniuolentiae, et beneficentiae Galatarum erga ipsum. unde ita recidit (inquit Paulus), ut me hortem suspicemini, quem tanti facistis; ut me, vel oculis vestris redemissetis: extollit Galatas supermodum. Ergo, mihi, ut plus vestrum omnium lumini bus cernerem, oculos vobis redissetis; optabatis vos caecos esse. per ineffabilem in me charitatem; ut solars in meo corde lumen euangelij oriretur. et alumentum meum vestris damnis crescere volebatis; et creabile est quod inimicus est. V. 16.]

Exaggeratio Claudius.

Treco

Observatio Moralis

10.

Cum recipitur hospitis praedicator, duo impendenda illi, et honor, et impensa beneficij; de primo, excepistis sicut angelum. De secundo, oculos vestros eruisistis. De utroque 1. Tim. 5. 17. qui bene praesunt presbiteri duplii honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, et doctrina. Sed sunt qui imitentur Amasiam picentem Amos. 7. 12. qui vides gradere, fuge in terram Iuda, et comede ibi panem, et propheta tibi. Vide Hugonem Cardinalem.

Praedicator quid valeat

1. Tim. 5. 17.

Amos. 7. 12.

Textus.

V. 16. Ego inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis.

Ar. Er. Syr.

V. 16. Itaqz.

V. 16. Igitur inimicus factus sum vobis, vera loquendo vobis.

V. 16. Num inimicus factus sum vobis, quod praedicauerim vobis veritatem?

Alia Translatio

Aras

Erasmus

Syr.

Scholia.

1.

Ergo colligit ex dictis nullam super esse causam mutari animi Galatarum, nisi forte veritatem, quam illos docendo professus sit. Neque videtur esse vis illius illatius coniunctionis; quam varie vides reddi ab interpretibus. Ergo et igitur nihil differunt. Itaqz parum distat ab utroque, num, tantum sexuit interrogationi. Sed best autem huic interrogationi ironia, Caiet. atqz latet in ea negatio, est vero sensus talis; siquidem nulla praecessit odij causa, potius autem multa signa amoris; cur vobis iras car ego? cur vos me auersamini? numquid inimicitias peperit veritas, quam docui? non est credibile. Nam haec genuit illam insignem beneuolentiam, quam ostendistis, dum beatos vos existimantes, excepistis, ut angelum, Christiqz Apostolum. quid igitur? quam patefaci, vos monendo, Sortanda ab iunganda? omnimode vero.

Illatio superior

Ironia Caiet.

L. 5. 10.

Porro interrogatio negatio

2.

Inimicus, vel actiue dicitur, quasi iratus, infensus, vel passiuè, i. inuisus, odio habitus. Vtrumqz excludit negatio subinterrogatione ironica latens. Nam infensus, sicut maleuolus, vix teneret indicendo veritatem; qui autem bono animo verum dicit, a bonis viris benignè excipitur. Est itaqz argumentum à repugnantibus. Nec sum, nec esse dabo, inimicus, qui vera praedico, vera loquor ijs, qui me mutuo diligunt. Hieronymus non irascitur accipit hanc interrogationem, neqz per

Inimicus et passiuè

Inimicus se excipit

Argo

3.



negationem, ut nos explicuimus, similiter Chryzost. Ambros. Glossa utraque, Symon, Theodor. Theophy. Lomb. Ansel. Adam. Cathar. Gagn. Regarus, Valques, Legion. Dionys. Bruno, qui aiunt per admirationem conqueri Apostolum, quod ex veritate odium concepiissent Galatæ contra ipsum. Claudius sic. Ergo et rationem indicat, cur sic blandiatur Galatis, nihil mihi argumento esse potest, quod me oderitis; nisi quia vos corruptos coarguens, vera prædixi, et veri curatoris officio functus odium mihi peperit. Et cum. Aliam non video odij causam, quam quod vera vobis, atq; ad salutem ducentia tradam dogmata. propter quæ etiam vos ad augere erga me dilectionem oportebat.

Scriptandus, utq; adeo ne mutati estis, ut me (quem tamquam nuncium veritatis, tam honorifice tractastis, et non secus ac si Dei angelus, ipse Iesus Christus fuisset) velut infensum, atq; inimicum habeatis? quandoquidem ab euangelij veritate, quam à me accepistis, auferri vos sinitis, non aliter atq; si falsa, et mendacia vos ego docuissem. Legionensis, Ergo ipsi opinamini me vobis esse inimicum, et omnino malè vobis velle; quod vos decipi, non sum passus. Quid non sine admirationis quodam sensu dicitur, isq; in illa vocula Ergo inquit. Nam erat sanè mirandum ob ea inimicum censei, qui fiebant amicissimi; et qui tam de ijs benemeritus esset, illum inimicè credi agere, quia sine furo, et fallacia ageret; et non, ut alij, vafre, et assentatoriè. Unde sequitur Aemulantur etiam sic etiam Trexo.

4.

8

Chatharinus, Potenter à rei indignitate concludit, Ergo inimicus etc. Hoc nihil peruersius cogitari potest. Quid enim amabilius veritate, et ea veritate, quam salutem afferat sempiternam? quam obrem cum emphasi pronuntiandum est, ut summa inde, atq; admiranda ostendatur detestatio. Decemmodi odio questus est Dominus Ioan. 15. 25. Et odio habuerunt me gratis. et Ioan. 4. si veritatem dico quare non creditis mihi? Verum dicens. Ambros. iuste vos reprehendens, sequuntur Lomb. Ansel. Theophy. Dionys. Adam, quia prædico fide, non lege, nisi oportere iustificationem.

5.

Theodoretus, quia propter veritatem verbis a prioribus usus sum, sequitur = Claudium. s. Anselmus ait, Pseudo apostolos in odium vocasse Paulum persuadendo Galatis, illum ex malevolentia noluisse eis prædicare circumcisionem, quam alijs prædicaret; cui calumniæ respondere hic Apostolum idcirco inimicum illis se factum, quod prædicaret veritatem, et Christi fidem abq; Legem ritibus suscipiendam. Augustini videtur hæc expositio, cuius verba sunt: quod verum prædicans, nisi, ut non circumcidantur. Trexo, excepistis me, sicut angelum, non abnuo; an propterea errantibus conuiuere debui, nec resecare, et vrere, ut sanaretur? Minime quidem. Neq; enim quærebam sanam, sed salutem eorum; non vestra, sed vos, non gloriam hominum, sed Dei beneplacitum intendebam. sic Anselmus. Glossa [Ergo hoc agens inimicus factus sum vobis, quod vos putatis, sed incredibile non est. Bruno.]

6.

Theoria de dicto proverbiali

ad quod alludit Apostolus
 illa comici sententia: Veritas odium parit. non vniuersè vera est, nisi apud iniquos, ut explicat s. Thom. Hi enim odio habuerunt corrigentem in porta Amos. 5. 10. unde Prov. 9. 8. scriptum est, Noli arguere derisorem, ne

7.



oderitte, argue sapientem, et dilige te. et Prov. 28. 23. qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum; magis quam, qui per linguam blandimenta decipit. Hieronymus late reprehendit Comicum Poetam, quod generali ter protulerit sententiam hanc; Obsequium amicos, veritas odium parit. (vide Iustinianum de assentatione, et veritate) sic enim falsam esse patet, cum tale obsequium potius sit adulatio, quae dempta veritate clandestinas magis inimicitias foueat, quam amicitias pariat. Comici quidem sententia vulgare prologium est, et plerumque apud vulgares homines, et saeculi filios locum habet. nam apud sapientes, et filios Dei veritas efficax, et amanter excipitur. quocirca

8.

Hic Trexus, Nabhan, inquit, veritatem dixit David in facie; nec tamen peperit odium; sed potius scelerum remissionem; Veritas quidem amara est, et rugosa frontis, ac tristis, offenditque, quos corripit; non tamen semper odium parit. Tria, ut dixit Solon, maxime audacem faciunt eum, qui veritatem annunciat, senectus, orbitas, et manifesta crimina. Illud mirabile ait Sactantius Pythagoram, et post eum Platonem amore indagandae veritatis accensos adisse Aegyptum, Medos, Perias, ut eorum ritus, et sacra cognoscerent. (suspicabantur sapientiam in religione versari): illos tamen non accessisse, pene quos tunc erat, solos, et facilius ire possent; verum auersos caedi derim diuina prouidentia, ne inuenirent veritatem, donec in plenitudine temporum, ille, qui est veritas nata de terra numquam maledicta, ueniret, et diceret; ego in hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam de ueritate. qui dicunt Isai. 30. 10. loquimini nobis placentia, non amant ueritatem. Prov. 6. 26. Lingua fallax non amat ueritatem. Isai. 59. 14. Corruit in platea ueritas. non potuit inuenire hospicium; ita fit hoc tempore; non potest ingredi, atque ideo obliuione obruitur.

Textus.

V. 17. Emulantur vos non bene: sed excludere uos uolunt; ut illos emulemini

V. 18. Bonum autem emulamini in bono semper; et non tantum cum praesens sum apud uos.

Ar. V. 17. Nichil discrepat

V. 18. Bonum autem emulari in bono semper, et non tantum in adesse me apud uos.

Er. V. 17. Ambiant uos non bene, imo excludere uos uolunt, ut ipsos emulemini.

V. 18. Bonum autem est emulari in re bona semper. emulemini, et non solum cum praesens sum apud uos.

Syr. V. 17. Fere nil discrepat.

V. 18. Bonum est autem, ut emulemini in re bona semper, nec tantum cum uobis adsum.

Scholia



Prov. 28.
Toremb.
m. Arde.
Vulgare
turbio.
David
My.
Veritas
amar.
Solon
dixit.
Sactantius
Pythagora
Plato
peregri
et
Isai. 30.
Prov. 6.
Isai. 59.
Ar.
Er.
Syr.
Secund.

1.

Secundum S. Thomam, hic Apostolus indicat causam alteram odij, nam prior videbatur fuisse veritas dicta à Paulo, amara tamen Galatis, ut dictum est precedenti versu ex communi expositione, posterior esse potuit emulatio, et invidia pseudo Apostolorum Doctorem gentium in odium vocantium apud Galatas. Hec itaq; continetur hoc versu 17. Et quam falso fundamento nitatur egregie exponitur. Versu autem 18. bonę emulacionis regule prescribuntur. Scripandus quia dixit. cap. 1. Sunt quidam, qui vos conturbant. et cap. 3. quis vos fascinavit. et nunc declarat prauum consilium eorum. Isa. Arboreus, qui vos suo infecerunt fascino, emulantur vos non bene, sed excludere vos volunt, ut eos in vicijs, Delicijs, erroribus emulemini. S. Ambros. Invidia Iudeorum subuersos eos significat. Non enim patiebantur, ut gratiam sibi promissam, audirent incircumcisis gentibus datam. Ideo imitatores suos illos voluerunt facere, ut more eorum circumciderentur. Secundum Glossam sic fit connexio, Ego non sum inimicus, illi emuli sunt.

2.

Emulantur et videtur esse occupatio, per quam vult repellere eam responsionem, sic inducti sumus ab alijs doctoribus, qui pręferunt celum, studiumq; nostrę salutis. fateor, ait Paulus, inducti estis, sed seducti ab assertoribus vestris, et meis emulis. Nam hi pseudo predicatorum sunt, qui emulantur vos non bene. Bruno, Lyra, Hugo, Emulantur. i. diligunt, sã, diligunt non ad perfectum premium, sed ad questum proprium, sunt amici fortune, nonque runt fructum, sed datum. Hugo. Diligunt vos, impotenter quidem, ut ab alio vos institui minimè patiantur Legionensis. Studiosi vestri sunt, vestraq; salutis cupidi, at non nisi inordinati, atq; peruersi. Dionysius. Ambiant, affectant, celotypia laborant. Vatablus. Invident vobis, qui vos carnales de spiritualibus volunt facere. Augustinus. Invidia rumpuntur improbi Doctores ob splendorem fidei vestre. Volunt autem vos tanto bono priuare, et in suam potestatem redigere. Theodoretus. Ex emulacione aduersum nos afficiuntur erga vos Catharinus. Relant vos. Caietanus. fingunt se vos amare, non ad bonum finem, eandem vobis cum Christi fidem amplectuntur, sed ut vos ab ea excludant. Anselmus.

3.

Non bene. i. simulatione, et ad malum vestrum. Lyra non utiliter. Lombardus non bono animo, nec salutari consilio, sed ficto potius, et simulato. Scripand. non bona voluntate, quia, non ut custodiant animas vestras Christo sponso. Ansel. atq; ut semel dicam, Non bene. i. non pro bono vestro. sicut enim qui sponsam alterius diligit, non bene diligit, sed cum summa nequitia, et vtriusq; detrimento, et et dilectę, et diligentis, sic isti vos diligunt iniquę, et cum periculo vestro, et suo. Hęc fore ex S. Thoma. cupiunt ipsi dumtaxat exclusis alijs, vestri esse Doctores. Ideo quasi emulacione emuli mei, atq; riuales me à vestris animis abalienatum esse percipiunt, interq; me, et vos odia serunt, hęc autem non bona est emulatio, nec melius bonus, sed magis suor, inuidensia, et obtractatio; quia agere ferunt meos vos esse discipulos, quos suos tantum esse ambiunt. Mala emulatio, inquit, Curius, cum quis conatur rectę agentem à virtute depellere, et ad inferiorem gradum deicere.



A. Unde additur sed. Erasmus, imo, excludere ab euangelica veritate, Syra à vera cognitione, Oecumenius à christi fide, idem, et Lombardus, et Gagnarius à mea dilectione, ab euangelica veritate, à regno celesti. Dionysius à vera vos euan- gely ratione amouere. Scripandus à thalamo sponsi, i. ab ecclesia catholica. Anselmus excludere nos sicutat legendum Iustinianus, sed rectior lectio est, vos, quã retinet Erasmus, et Græcus Textus, quem sequimur.

Erasmus
Syræ
Oecumenius
Lombardus
Gagnarius
Dionysius

§. Excludere vos volunt, scilicet primum à me, deinde à Christo, dum legalia obtru- dunt, et me vobis inimicum prædicant. Hoc opus eorum, sed qui finis? quæ mens? ut vos eos, tamquam magistros, emulemini, diligatis, sectemini. vident illi quid fieri non posse, ut me diligentes (cuius doctrina longè distat ab eis, quæ ipsi docent) sediligatis, in precio habeatis, imitemini, propterea dant operam, ut à me vos separent, suadentq; inimico me aduersum vos animo esse. Hæc eorum emula- tio. quare (ut vulpes dolosa) maximè cauendi, atq; ex vestris limitibus exter- minandi. ut illos autouise vel ipsos. Erasmus, emulemini. in legalibus obser- uantijs Syra, Lombardus, Valguet emulemini, i. cultu, et amore prosqua- mini, ut duces, et magistros. Legionensis foris in fornicatione, idest, in sua hq; resi. Anselmus cum quodam mentis feruore imitemini. idem Anselmus. Chrysostomus bona emulatio est, cum quis sic emulatur, ut virtutem irri- tetur; est et mala emulatio cum quis ea facit, ut rectè agentem depellat à virtute. quod sanè isti conantur studentes vos à perfecta, legitimaq; virtute retrudere, et ad mutilatam, et notham deducere, non aliam ob causam, nisi ut ipsi quidem in loco magistrorum sedcant, vos autem qui nunc estis illis su- blimiores in classe discipulorum collocent. Ego vero contra opto, ut vos illos an- tecedatis, et perfectioribus exemplum efficiamini; quod factum est, cum apud vos essem, unde subdit, Bonum. et. eadem Hieronymus latius, et elegantius dicit.

Erasmus
Syræ
Valguet
Legionensis
Anselmus
Chrysostomus
Emulatio mala

Theoria. I. De emulacione

6. Nota. Emulus, est eiusdem rei studiosus amator, sectator, imitator. Cicero, licebit, eum solus ames, me emulum non habebis. 1. Reg. 1. 6. De Anna dicitur, affligebat eam emula eius. Phemenna scilicet, utraq; vxor Helcanq; sumi- tur proinuidus. ut Virgilius, emula senectus. similiter emulor, imitor, as- sequor, sector, vel imitando assequor. Horatius 4. Oda, Pindarum quisquis studet emulari, i. imitando atsequi. Cicero istud institutum laudare facilius possit, quam emulari. Plautus, emulari, quod non licet, inuidit. unde eti- am emulor ponitur proinuides. Cicero, cur his emulemur? quia Sabent, quæ nos Sabere cupiamus. i. contra hos contendimus. Hinc emulatio, idest, zelus. in laude, et in vicio dicitur. Cicero, zelus iratus, amor timens mutatione voluntatis amatq; rei. 2. Corinth. 11. 2. emulor enim vos hoc emulacione emulatio hæc secundum Deum est, quæ continet amorem boni, et odium mali in re amata. Claudius. 1. Corinth. 14. 1. emulamini spiritualia, i. dona spiritus Sancti feruenter amate, et querite. in his, nec inuidia, nec zelo locus est, ex quo illa oritur; quippe cum spiritualia omnes possint obtinere. Zelus autem

Emulus
Cicero
1. Reg. 1. 6.
Virgilius
Emulor
Horatius
Plautus
Emulatio
1. Corin.
Zelus



Sit amor

Sit amor intentus circa rem, quæ à duobus obtineri non potest. Ex hoc autem creatur invidia hostis. Charitatis. quæ non emulatur. 2. Corinthi. 13. 4. s. imo non agit perperam, i. in ordinatè, incompositè, inconsideratè, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congruet autem veritati. quæ Charitas cum longè absit ab istis pseudo prophetis Apostoli manifestis aduersarijs commodissimè dicit emulantur vos non bene, quia certè non ex caritate, sed ex zelo, et inuidia.

Vnicè vos à se amari significant. depereunt vos, non patiuntur nisi à se vos amari, vestri amore se flagrare, zelo vestri ardere, atq; vri, simulant. vestris commodis peruigilare se dicunt, zelos vestri omnia facere, indesinenter iactant. Sed zelus iste procorum est, qui non patiuntur in amore consortium. Zelus iste inuidorum est, qui agrè preponi sibi alios ferunt. Zelus, sed non à caritate, ut iterum dicam, profectus. nam isti mei amuli, atq; hostes sunt. Perperam, et inordinatè ab angelis vos deturbant, ut ad legem trahant; quæ sua sunt querunt, dum vos sui emulatores, ac sectatores esse querunt; diligunt vos amore concupiscentiæ, ut se solos diligatis, et magistros agnoscatis, quæ certa ambitio est, vos certè emulantur sed non bene. quia non imitantur, vestraue auquantur virtutes; sed excludere vos volunt, et de culmine virtutis deicere in terram, ut illos emulemini. velitis, nolitis, eosq; sequamini, ardentisq; amore erga illos inflammatis, relicta euangelij puritate, idem cum illis institutum teneatis in omnibus. Emulantur, sed non bene. quia ad deteriora prouocant, ad inferiora ducunt, nimirum à libertate Christi, ad seruitutem Mosis; ut vos illos emulemini, atq; imitemini; cum potius ipsi vos deberent imitari sequentes sinceram Christi fidem; quod magis esset rationi consentaneum; æquumq; esset vos eorum esse magistros, sed intentant vos de Cathedra depellere, ut ipsi ascendant, et vobis ad libitum imperitare queant.

Hieronymus semper emulari pro imitari videtur accipere, ut consideranti pateat; et certè siue pro imitari, siue pro zelare capias, potest semper in eadem acceptione exponi; sitamen primum pro diligere, 2. pro imitari exponas, et 3. similiter. etiam bonus sensus est, sed alter magis verbo consentaneus; et illi consilium suum interponit breue, sed prudentiæ spiritus, ac fidelitatis plenum. Scribandus, Ambrosius. textui nonnulla irrepserunt aliunde sumpta, quæ exponit Iustinianus

In V. 18. scholia

V. 18. Bonum autem emulamini. cum varia significantur hoc verbo, iam vnã, iam aliam significationem tenet Apostolus, primo loco posuit pro zelare, seu inuidere, ut patet ex adiecta particula, non bene. deinde pro imitari, et sequi. sed cum illa imitatio non bona esset, ut pote falsorum magistrorum, iam in hoc versu in meliori significatione usurpat. Erasmus emulari cum admiratione, et studio consequendi imitari. At itaq; Bonum nempe Doctorem, et magistrum emulamini, diligite, et imitamini in bono in eo quod bonum est dumtaxat, idq; semper siue prospero, siue aduerso tempore. Anselm. non ad horam. Legionens. non ad breue aliquod tempus. Dionys. usq; in finem. Lombardus, perseveranter. quasi dicat, non prohibeo quin bonum preceptorum sequamini: catamen lege, ut imitemini in bono non in eo quod secus est. Nam qui homo est, licet, bonus, deficit non nunquam, certe deo non in eo quod secus est. Vitandè inuidiæ causa sic loquitur Apostolus, sed satis apparet excitare fecere potest.



+ Non zelantur
quod non
gaudeant.

Galatas, ut se imitentur. Me (inquit) quem bonum magistrum creditis, operis precium est, ut
sequamini, et defendatis: praesertim cum nihil in me videritis, quod bonum, et imitatione dignum non
sit. quem certe semper, et constanter, ut bonum magistrum sequamini par est, siue absentem,
siue presentem. Unde ait, et non solum cum praesens sum apud vos. quibus verbis caspungit, pue
nilis inconstantis coarguens. Solent enim pueri aliter praesente, aliter absente praecceptore se
habere. sed tam modeste loquitur, ut minimè exasperentur aculeo. et nequid amantudinis reside
at subiungit statim bene illud verbum v. 19. Filii est

2

Græca recte possunt explicari in bono sententiam. Arias. Bonum autem subaudi magis
trum emulari in bono debetis semper. Erasmus. Bonum est emulari subaudi magistra
velum, et me: quod prope nam per modestum subicitur. quidam sic explicat rectè face
ritis si semper in bono constanter permanentes, quam à me doctrinam accepistis, bene tene
retis, sicut me praesente faciebatis, potest et sic explicari, bonum est zeloduci in eo quod bo
num est semper, nam potest et zelus laudabilis esse, tunc planè cum de re bona excitatione
quæ tamen ita sit bona, ut nihil mali habeat admixtum. Vel sic. Alii emulantur vos non
benè, ut illos vos emulemini: valent nempe vos eodem contagio inficere, et stulto
zelo malum iustitiæ legis, ut bonum in vobis statuere. sed vos oportet bonum emula
ri semper, i. nunquam non boni studio duci, sed rei bonæ, siue boni magistri. Quis hic vos
iudicet, qui me presentem, vel ærumnis pene consumptum ardentissimè amastis.

Erasmus, transfert emulari sicut et Augustinus, interpreti vulgata videtur legisse
ΖΗΛΟΥΣΙ ut extrema syllaba sit ε ψilon. Nec sono vocis distingui possunt à Græcis emu
lari, et emulamini. quod et infinitum accipi poterat pro imperativo, nisi additus esset
articulus το ΖΗΛΟΥΣΑΙ.

Theoria circa illud excludere vos volunt.

3

quidam Græci codices, ut certantur Vatab. et Caiet. pro excludere habent includere
εΥΚΛΗΣΑΙ pro ΕΧΚΛΗΣΑΙ. sed Theophylactus legit, ΕΧΒΑΛΕΙΝ: excludere.
quippe et qui non admittitur, et qui eicitur, excluduntur. Includere, si lege involuere, ut est
doctrinam legis tradentes magistros emulemini, et per emulationem defendatis. et
cum e. ad eandem emulationem adducunt, qui ipsi ducuntur. Hoc ingenium Sæcra
corum ad emulationem prouocant populos, ut per contentione, et mutuum adiu
cerum sectas propugnent. Cathar. Latius hæc sequitur, Hieronym. et Anselmus atin
gunt. Sed quid ait ps. 36. 1. 2. Non emulari in malignantibus. et Pro. 9. 34.
Ne emuleris hominem iniustum, neque imiteris vias eius. 1. Pet. 2. 13. cuius est, qui
vobis noceat si boni emulatores fueritis. Arias, Atque illud, inquit, est pulcherrimum
amoris, et studij genus, amare eum semper, quem bona causa amaueris. V. Scipia
dum hoc loco.

Observatio ex Dionysio Carthusiano.

+ potius

Decet subditos in absentia sui prælati diligentius custodire ea, quæ dei sunt, et
honestatem concernunt, quæ in eius presentia: ne videantur bona agere timore
eius, quæ Dei amore: quia id magis necessarium est, et signum perfectæ virtutis.
Iph. 6. Non ad oculum seruientis etc. v. Hieronymi. Et Chrysostomo, cum
memo Theophylacto, Absentia Apostoli videtur causa fuisse ut Galatæ cederent,
ac seducerentur. Honestum tamen est sequendum: etsi absit is, qui tradidit.
ut notat Chrysostomus. circa illud cum praesens sum notat Erasmus
tametsi consentiunt omnes, nihilominus Græci sensum ancepitum esse. Ης Μη
μόνον εν τω παροιναι με προς υμας. et potest hunc sensum habere in hoc
quod adsum apud vos. quia prius dixerat εν τω καλω in hoc quod bonum est
ne prauius imitatoribus, et de Absentia prælatorum, Latius hic noster Iustinianus.

Handwritten symbols and initials at the bottom of the page.

Textus

U. 19 filioli mei, quos iterum partu-
rio, donec formetur Christus in vobis

U. 20. Vellem autem esse apud vos mo-
do; & mutare vocem meam, quoniam
confundor in vobis.

Γει. Τεχνια μὲν ἔς παλιωδίνω ἀχρῖς ἔχμοσ φω
δι χρις οἰ ἐν ὑμῖν ἠδελον δε Παρεῖναι πρὸς ὑμας.
ἀρῆ καὶ ἀλλαξαι πρὸς φωνὴν μὲ ὅτι ἀποστῆμαι
ἐν ὑμῖν

Diversa Translationes.

A. Nati mei, quos iterum parturio, usq. quo formetur
Christus in vobis, vellem autem adesse ad vos
modo, et mutare vocem meam, quoniam he-
sico in vobis.

B. Filioli mei &c. Vellem autem adesse apud vos
nunc, & mutare vocem meam, quoniam con-
siliij inops sum in vobis.

C. Filioli mei, quos denuo parturio donec formetur
in vobis. Mercede: vellem siquidem adesse
apud vos nunc, ut mutarem filiam vocis mee
(locutionem meam) quoniam stupefactus
sum in vobis.

SCHOLIA.

S. Thomas. hic exprimi dicit veram causam correctio-
nis Gallatarum fuisse ^{Pauli} doloium, quem de eorum
casu conaperat. Dum memorat Apostolus pignora
amoris, que Galata in initio dederant, dum recedunt,
quibus delusi sunt, recollit e-casum illorum propter



sua absentiam, non quidem ob culpam ipsius, sed
 in partem scelere commissum; vix explicem, quam et
 vehementer, et variè fuerit affectus; *Animo, Agere
 stili variè
 commotus.* *Amor lacrimarum*
 timor suspensa, tristitia gemitus, epulone exitus, et ex
 cursu ex corde. *Non fentia angorem auxit, epulone an
 gustia et breuitas spiritum coarctavit.* Itaque prorrupti
 inflatus, et glanctu vitium, quod vix verbis fide, efficit.
Secund. Matrem, inquit acerbe dolentem, et lamentantem
 imitatur, et clamat. *Filii mei.* *Theodosius.*

Chrysost. Vide commotum, vide turbatum, matrem *Chrysostomus*
 imitatur de liberis trepidantem. Vide paternam viscera *Paterfamilias
 cura.* vide anxietatem *Apostolo dignam*, vide qualem emittit
 eualatum multo tristitorem, quam solum esse parum
 riontium, et portulientis d' *stoy*, idcirco exantantior, quo
 maior affectus caritatis; et peccatum erat *Isaia*
 quae vulgare. Hoc enim semper dixi, nec dicere desinam
 quod parvula quiescam transgressio in gremio detrimentum *Parua trans
 gressio in gremio
 malum parit.* parere solet. Quod quidem et huius accidit, si quidem ab exi
 quis ortum in istis malum totam ecclesiam peruasorat,
 totamque faciem, ac formam viciaturat. *Hactenus Chrysostomus.*

2. *Aug.* Nomine filiorum ait, imitatur ad cuius tamque paren *Augustinus*
tis imitationem ut quae a deceptoribus ad se reuocentur
 Filii vocabulum tenentur dominis plenum, et affectus *Anno magis
 in beatis
 discipulorum*
 in doctore eximum amorem, in discipulis imbecilli
 latem maximam, non aetatis sed spiritualis profectus
 significanter exprimit. *1. Joa. 2. 1.* Filii mei haec *1. Joa. 2. 1.*
scribo vobis, ut non peccetis. *Haec idem sensu et mens*
utriusque Apostoli. Filii mei, emittat vel dura saxo,
 cordium, tam suauè alloquium; *Struatas aures perurum par,*
 Matrem suis affectus, *Manda vox, quinimo penetrans*
 telum. Filii. *Arin. Nat. Ga. Texvia. duo* *TEXVU*
 illa latina sonum vix explicant, et vim Graeci Suis
 vocabuli; quod forma diuina *ua* non ad contemptum
 sed ad beneuolentiam declarandam *uigilatum.* *est. q. d.*
o ferelle



tenelle plantula, novella gemina, cordi meo insita, lacry-
mis, et sanguine meo, imo Christi Jesu, saepe irrigata, et nata,
nimis meo culta, et excolta, labore: quos nolum a glaucis mi-
hyemalis pruina decaxit; peccati ^{quod tam hinc vos} mortui in fecit, atq; are-
fecit ex parte. Gentiliis me, quos ego per evangelium
genitor, iterum vicariis recordo, ut rursus per summos
doctores Christo pariam, atq; adeo quasi nondum ma-
tura foetus in utero, succoq; proprii sanguinis augeo,
ut q; dum perfecti sint, et cui agi, Christo per omnia similes.

Quos iterum parturio, quod non fecit Natura,
ut his qui nati sunt, aut potiori semel nati sunt, iterum
reddat in utero matris, iterum ex illis tenebris probe
at in lucem, et iam pridem mortui denovo induat vitam;
id una Deignitas potest, Sanctae sanctae contendit, et spi-
ritus divini vigor donat. semel egros per evangelicam doc-
trinam Christo unicus sum; per summos doctores, atq; la-
bores incredibiles, in novam vitam dedi; iterum id comor, id
anxius affello, ut quos doleo per peccatum amissos,
per Dei Verbum, gratiamq; recuperem. Jamq; in mater
extremis doctoribus mortis periculum subire exstitit
prolem foras emittere, ita nullus ego doctor, anxius ve,
nulla mortis pericula recuro, ut vos a Christi gratia
per ludibrium sterneret, iterum in eius adoptionem resti-
tuam, per predicationem meam, et penitentiam vestram.

3.

gratia
in tergo
amici
pariter
boni
gratia
in tergo
amici
pariter
boni

Donec formatus Christus in vobis, hoc est, tan-
diu cuius rutilissimi partus angustulaborabo, doctores
patiar, soliti citudinem sustinebo; quandiū verba in-
scelere admissa duntaxat emolliant, quandiū intencibus ma-
netis Iudaei erroris; quandiū Christus vitavestra
exul a best, inno per peccati virus mortuus est in vobis.
Donec, inquam, videam vos ad libertatem evangelicā
reversos, Moisaica ritus, legalis ceremoniae ~~deseruisse~~ deserpisse.

4.

prae
quanti
quandi
laborant



fidei vitam .i. caritatem, et spiritum filij dei recuperare. Chris-
tum iterum veteri deposito Adamo, vel potius dicam Moy-
se rebelto per iurbitiam, et sui libertatem veram induisse.

~~Donec formata Christus in vobis. hoc est tandem huius
tristitiam, et angorem tolerato, dolore, patientia, salutem
sustulit, quando vultis in scelere carnis durities emoluit, quan-
diu in tenebris manetis, Iudaei erroris; quando spiritus vitae
in vobis exulabit, in operibus peccati virus mortis, et in vobis. Do-
neque inquam, videam vos ad libertatem, et angelicam reuerso
Mosaicis ritibus, legales caeremonias deservisti; fidei vitam .i.
caritatem, et spiritum filij dei recuperare. Christum iterum
veteri deposito Adamo, vel potius dicam Moyse rebelto, per iurbi-~~

~~tiam, et tunc tandem veram induisse. Proponam hic varias interpretum
expositiones, ut ex ipsorum dictis huius loci intelligenda planior fiat.~~

Donec fidei in Christum perfecta vobis donetur cognitio, hinc
enim intelligitur tantam esse illius vim, ut nullis, ad iustitiam
et salutem Mosaicis operibus habeat, admirabilis, scrip] donec
ad robur et perfectionem fidei perveniat, videlicet, ut agno-
centes efficaciam gratia Christi, in uno Christo spem ve-

ram ponant, et lege neglecta illi ad hereditatem Adam. Paul. ^{ad Rom. 8. 38.}

Formatur enim Christus. id est, Christi fidei spes libertas, et iustitia
ut saluti a Christo, et Christi fide, et non a lege omnem gra-

tiam, iustitiam, salutem expectetis. ^{1. Cor. 13. 2.} Donec Formatur
Christus. .i. donec perveniat ad mensuram aetatis plenitu-

dinis Christi. ut iam non moveamini omni vento doctrine
sed ad robur perfectionis. Non discimini. Augustinus in Epistolam Galatarum

1. dicitur. Formatur, inquit, Christus in credente per fidem
in anteriori sermone vocato in libertatem gratie, nulli et hu-

milli corde, non se iactante de operum meritis, quae nulla
sunt, sed ipsa gratia meritum aliquod in se habente, quae per-

se dicere minimus sum. id est, ego sum ille qui ait, Mat. ^{23. 12.}

23. 40. Quam diu fuerit vni ex his fratribus meis minimis, mihi
fecistis. Formatur enim Christus in eo qui formam ac-

cepit Christi, id est, qui adhaeret Christo dilectione spiriti

tali, ex hoc enim fit, ut sui imitatione fiat, quod ille

esse dicitur. ^{1. Ioh. 4. 19.}

esse dicitur. ^{1. Ioh. 4. 19.}

esse dicitur. ^{1. Ioh. 4. 19.}

esse dicitur. ^{1. Ioh. 4. 19.}



quod gradus suos inquit. qui enim dicit se in Christo ma-
nere debet, quomodo, et ille ambulavit et ipse ambulare. Jo. 2. Hactenus Aug.
Romig. Jesus Christus in vobis formatus est cum credi-
tum sicut oportet credi. hoc ego conor vobis esse exemplo efficere
in vobis, hoc est, parturio.

1. Jan. 2. 6.
Romigius.

Peccator in
firmus vel
abobsting.

subversus.

Geniti fuerant in baptismo per fidem, sed quia vel super
abotum nati, deformati, et infirmi inveniuntur, nam
cum de hoc concilio reformantur in Christum. Conspicim
tes omnem fidem, et sensum fidei omnimode advertebant, for
maturum Dei dum in animis suis negantur. Is ab eo. N. 9
enim in judaismum trahuntur, post fidem, si gratiam
Dei in Christo intellexerint. Huius ex Am. 3. quia non vult
perfecte formati, iterata parturitione indigent, ut Christus
formetur in vobis, id est, recipiatis similitudinem eius, quas
velo viciis perdidistis, et non dicitur formemini in Christo, sed Chris
tus formetur in vobis, ut docemini in sonitu auribus eorum.

Nam Christus per fidem formatam formatum in corde, sed qui
quod iam non sicut fidem formatam, moritur in Christo, et sic
reundum homini profectum in fide. Christus in hoc profectum, et
secundum de felicitatem contrahit. quando ergo filius in
hoc efficitur infirmus et perperatum, Christus non est in eo for
matur. Ideo eget nova parturitione, et conversione, ut Chris
tus in eo formetur per fidem formatam, a qua per carni
tatem operatur. vel formetur Christus, i. formetur alij per
nos operatur, huius ex. s. 150. et 160.

At Christus corruptis imaginem. Perdidit generosi
tatem, formam immutabilis, opus est, ut renascamini, vobis
refingamini, et tamen filius vocat factus imperfectus, et ab
tritus. Verum ~~hic~~ non loquitur, non vulneribus vulnera
accumulatis, et dependentes omnium porant, sed parat,
et, ut pariter, medicus longum morbum, non simul, sed ex in
teruallo curat. Hactenus Chrysostomus.

Formati, quos Christus in corde credentium, cum omnia ei
sacramenta panduntur. Et ea que deus videri vult, per pi
Hicronymus. Hierony.

Filius limis parat, scilicet virtutis profectus, quo cum deo
re, et planctu spiritualiter regitur, huius formis vobis de non
esse spirituali ad esse spirituale per huius epistole dictionem.



tu postea
vobis
reparat
reus
et
Cetera in corde
per fidem in
teum formatam.
si fides in
vobis non
est, etiam for
matur.
formatur huius
cum formatur
reus.
s. Thom. 1. 2. 1. 1.
Chrysostomus.
Ab obsequio non
vocat, sed de
peritur.

Donu formatu s. recipiatu ac descriptu Christi in
 cordibus vestris per fidem puram, iugem memoriam, et
 charitatem firmatam. Dionysius] quod impedire
 conantur in vestri zelo typi. Arius] ^{Arrianus}
~~Arrianus~~ opus est vobis altera generatione, quod vos
 imprimatur divina Christi forma deum.] Partu
 tio donu magni, et eximij characteru divinitatis
 Christi immentem vestram formatu. Idem ex] ^{Gregorius}
 Gregorius] quos per dilectionem ex Deo conceperat, partu
 riorat per predicationem, pepererat per ipsorum conuer-
 sionem: rursum per pseudo Apostoloru a vita fidei
 exstructo, conijcit amando, partuunt predicando
 ut correctos iterum pariat. Laborat igitur, et doct, du
 forma, et similitudo Christi exprimat, non qd
 nimis imago aperiat, in fide, et operibus eorum
 Anselm.] Cum dicitur et Caesarymus ab errore vore
 uoco, sicut prius a gentilitate vocauit Donu Christi
 in vobis sic formatu per sinceritatem fidei formatu
 Syran.]

Christus descriptus
 in corde per fidei
 et charitatem
 Dionysius
 Arius

Forma Christi
 deum
 Characteru
 divinitatis
 Gregorius

Christi forma in
 fide operibus

Anselmus

Christi formatu
 per fidei formatu

Syranus

3.

Et serua non dixit donu formatu, sed donu formatu
 ut id non suum, sed per christi opus esse manifeste
 Paulus enim velut Mater gelbat eos in utero,
 rudo semen, donu ^{spiritus cooperatus} formatu eos in
 Christum et sic formatu in eis Christus. cuius vita ^{Christiani}
~~non~~ est ipsius, sed Christi in ipso viventi. ut supra
 et. Viro autem, iam non ego, viuis vero in meo christo.]
 Anima vestra forma quaedam Christi est, qui
 admodum et corporis forma rationalis animalis
 est. est vero anima sine christo quasi embrio
 infans, aut ^{sicut} corpus absq anima. Adveniat igitur
 tur Christus, habitet in anima vna; ac ^{sic}
 spiritu animati, et gratia et caritate, et reliquis virtutibus
 que vitam continentem spirituales, splendentes
 in nobis, ac colluunt. Christusq. i. Christi forma
 imago, similitudo, et character, qui per peccatum stru-
 ctus fuerat, et tanq in bitana, suis vivis coloribus

Claudianus

Anima quasi
 embrio, sine
 Christo.



renouatus, et eo spiritu sancto perfusus, perfectus uni-
 tescit. Christum, quatenus Christi imago,
 Christus etiam nuncupatur; cum ergo Christi ima-
 go perfecta formata est, atq; admissim expressa,
 tunc et Christus dicitur, et est formatus, ac perfectus
 in nobis. ¶

Præterea tunc Christus formatus dicitur in no-
 bis, cum nostra opera saltem interna Christum
 representant. Dicitur vero Christus in nobis nas-
 ci cum incipit esse in nobis per gratiam: similiter
 dicitur in nobis gigni eadem ratione, etsi diuerso
 respectu; sicut et generare, et parere diuerso respec-
 tu in eodem subiecto conueniunt. Dicitur rursum
 Christus habitare in cordibus nostris, quæ
 præcipue nihil aliud indicat nisi Christum
 esse per fidem, gratiam vel caritatem in nobis.

Sed: cur Paulus cum episcopi dicitur, se tam-
 quam matrem Galatas paritorum, deinde non sub-
 iungit, donec nascamini, sed quasi mutato termi-
 no eius spirituali generationis addit, donec for-
 metur Christus in vobis. Numquid idem est
 proprius terminus diuine actionis, Sicut nouus, qui dicitur
 etiam noua creatura et Christus? An ipse Sermo est
 quasi materia, et subiectum, seu corpus, ac vero obiectus
 quasi in forma et anima spirituali Sermōnis, seu no-
 ui Sermōnis, et noua creatura.

Caicani singulari, et plerumq; expositio est, aut
 enim Christum per fidem ad fuisse in Galatis, sed
 nondum formatum, quando putabatur ipsius sine lege
 non sufficere ad salutem; formandum itaq; per fidem
 integram, reputantem scilicet Christum solum suffi-
 cere ad salutem, et bonum consensum esse loci tunc;



quia de fide directe sermo est. Nam aliter esset
 exponenda formatio Christi si de moribus aut di-
 lutione esset sermo

THEORIA super. V. 19.

Filiolion ei, quos iterum parturio

Ad Concionatores & spirituales patres.

Quanta exardesceret amoris flamma, et quam
 incredibilem charitatis incendio veretur Apostolus,
 dum Galatas ad primum fidei fervorem, verum
 quae sermo Christi cognitionem reuocare desideraret.

A legalibus humilibus cultibus, et superstitiosa
 ceremoniarum religione abstracto. Nemo quae
 allegorice, quae ratione dicendi, magis apte, atque
 apposite posset explicare, et exaggerare, quam ea, quae
 in presentia vultus eius a parturientis officio, dolore et
 sensu derivata. Genitoris, laud dubiam, quin sit amor
 potens, et maximus, ut et Dominus de oculis proferat

suum suae parabolae filij redeuntis post diligenter
 hereditatem ad complexum patris: quem totum aper-

tung, licet indignus, inuenit. Tunc amorem
 professus Noster Paulus 1. Cor. 4. 14. ita affe-

tur non ut confundam vos haec scribo. sed ut fi-
 lios meos charissimos moue. Nam si deum

millia pedagorum habeatis, sed non multos
 patres. Nam in Christo Iesu per euangelium ego

vos genui. Rogo ergo vos imitatores mei estote
 sicut et ego Christi. Hec seipsum facit a genitorum

uniam, ut vi amoris paterni eos delinquant et abli-
 clat, ut se velint, atque optimum ducant, sequi, et imi-
 tari. Praeponendum indicat hunc amorem illi,
 quem erga pedagogo, qui etiam institutione patres
 sunt,

11

+ vniuersalis

12

Patrum
 Amos
 Luc. 15. 20

1. Cor. 4. 14.

§

sunt, haberi oporteat. sed cum charitas matrum non modo po-
 tens ac maxima verum, et impotens atq; incredibilis, ac pe-
 tera terribilissima ac mollior valde, hanc, cum Galatas alloqui-
 tur, non modo pretendit, mentibusq; inscit, atq; impiis mi-
 corum (ut tuncavi amaris tanta quae tam suavia caritatis
 cones) tandem aliquando flebi sese sinant, et omnino a levis
 portamenta, mitione, pices, obsecratione frangantur. Moy-
 ses certi non videt ad huius maternae dilectionis gradum
 conscendere; cum gravatq; nocte gubernationis, atq; ducatur
 populi terachis, conqueb; expostulabat apud Deum, dicebatq;
 Num. 11. 12. Numquid ego concipi omnem sanam multitu-
 dinem, vel genui eam; ut dicas mihi portare in sinu tuo
 sicut portare solet nutrix infantulum. Instat, ac minimum
 ante cellit Paulini affectus Mosais, et charitas eua-
 gelica longo post se legem recipendam intervallo relinquit.
 1. Res 4. 7. facti, inquit, et post eum, sumus parvuli (i.
 vites, sumiles q) in medio verbum tamq; i nutrix
 foueat filios suos. Ecce nutrix manu exequitur, et paulo
post. V. 11. sicut pater filios suos deprecans vocat. Ecce ge-
nitricem, restat, ut concipiat ut mater, in hoc profectus in
presentia cum ai filio mei quos iterum parturio. Ita
 q; Moyses, sive lex verus, neq; matrem, neq; patrem, imo neq;
 nutricem, aut certi vix nutricem se agnoscat: ac Quam clicus
 dolent nihil recusat, omnibus omnia fit; et non solum
 pater per doctrinam q; gignendo filios Deo, sed mater eti-
 am concipiendo per amorem, parturien do per indefes-
 sam indutitionem, et caritativissim, promouendo q; in lucem
 fidei per conversionem perfectam, et sacri ablationem cog-
 titatis. Et cum Matrum plurims adio sint, vel factiosos a
 vel fauibusore, ut quos genuerunt, alijs tradant portan-
 das, atq; lactandas. Minimus hie noster apote tunc
 se ipse appellat, ne facti dit portare, ne refugio pro-
 prio lacte nutrire, quos, Non solum, sed iterum, concipit,
 et cum gravissimis angustijs, atq; vite discrimine punit

+ ac praefert, sed mirum in modum
 extollit, librat, expendit,
 + violentia (nisi Hircana sine
 tygrides, e. ratione eformati

13.

14.



Christo, utinam videamus impletum quod s. vates Isaias
 60. de euangelij temporibus multo ante vaticinatus est
Filij tui de longe venient, et filij tue de latere surgent.
 que extrema verba Hiero. vertit filie tue late surgent
 et 70. humeris portabuntur. sed audi cruciatu divi
 ne puerpera. Apoc. 12. 1. 2. signum magnum apparuit in celo
 Mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et in capite
 eius corona stellarum duodecim, et in utero habens, et cla
 mabat parturiens, et cruciatur. ut pariat. Envidie
 Joannes, quod de se Paulus faceret; Clamat parturiens filio
 limi quos iterum parturio, et cruciatur ut pariat bene in
 eis expressam imaginem Christi. donec formetur Christus
 in vobis. Et enim si hec mulier ecclesia Christi est, certe li
 beria per ministros Apostolorum, hoc est, per membra corporis
 mystici filios emittit spirituales. Quare dicit hoc loco
 in persona ecclesie dicit locutum Paulum, qui 1. Thes. 2. 7.
 citato in sua persona sic locutus. Magnos esse cruciatos,
 ingentes dolores huius partus spiritualis indicat, illud
 Gr. 47. v. ibi dolores, ut parturientis. In conversione scilicet
 Gentilium, cum ipsi videntes signa, atq. prodigia, facta per
 Apostolos admiratione rapti, et erroris sui magnitudinem ex
 verbi Dei notitia cognoscentes conturbati sunt, et scelus sua
 nefanda abominantes commoti sunt, atq. veram penitentiam
 adducti; qui nempe etiam animadvertentes periculum eterne dam
 nationis, que obstinatos, et rebelles manet, tremore correpti
 sunt non levi, sed gravissimo, qualis esse solet dolo partus
 imminuentis.

15.

16.

S. Greg. illud Job. 39. 13. Numquid parturientes cer
 vas considerasti? inculantur ad fatum, et pariunt, et
 rugitum emittunt. ad euangelium transfert verba dei
 Grecores, qui dolore lacrymis, et rugitu parturunt
 proles. Et profert Sura locum, quem nunc exponimus. Vides
 inquit, Paulum, quasi ceruam quamdam partu suo, quos
 tam magni doloris rugitus emittentem. Alii enim filios li
 ber

Isa. 60

Hiero. 70

Apoc. 12

Ecclesia per suos ministros

1. Thes. 2. 7.

Gr. 47. 2.

Job. 39

Greg.

Partus

informare rudiores; discat viscerum parentis induere; maternos
 discat subire dolores, et labores. In omnes denique se formas trās
 ferat, alluciat, roget, plangat, turget, medeat, deprecetur
 increpet, blandiatur, obsecret, hortetur, suadeat, arguat, proornitur
 comminetur, misereatur, tristet, hilarem iam vultum, tam
 gravem, et securum ostendat, et nullum non lapidem virtutis;
 nullam exhorreat personam affumere, q̄ sumilis et ve-
 ra caritas demandaverit. Iovum illum decem primum
 sed commentitium tamen Deum (sua alios, quos colebat de-
 lusa gentilitas) fabularum auctores tradiderunt; in variis
 formas profani, ac cœci amoris impulsu, atq̄ vi solutum trans-
 mutavit: ut modo bubis, modo aquile, modo serpentis, mo-
 do aurei globi imaginem ementitus, voti sui campo exte-
 rit: sed ab eâ fabulæ, figmenta vana facerant, quæ nullū
 in unum vniq̄ locum apud veri, et veri Dei cultores, et Chris-
 ti Jesu imitatores et asseclas, Multo diuinius, verius ce-
 det; et piæ magis memores, hoc Dei amor, et charitas
 animarum in pijs et sanctis verbi divini conuocato ribus
 efficit

Jupiter
 Varus
 formis
 inchoat

13.

Quid non aude amor! varios vultus mutat cum Amas, 1 Reg. 1. 10
 ut concipiat et pariat samuelem. Pro mandragoris ali-
 gendis et sterilitatis, siue arce in de fecunditatis poton-
 tibus cum Daesele ad tempus donat sponsum, ut
 Beniamini parens esse mereatur. Nec dubitat in
 partu præ angustijs, et doloribus animam exsulare,
 modo filius desine, ex cuius visceribus emissus vivat.
 Nec mirandum in muliebri, et tenero tantum posse
 amorem sexu. Virilis animos induit; virum grauitas
 decet, auctoritas comitatur, et rigor ac seueritas magis, propterea
 magis consentanea patribus est. sed vide potentiam conu-
 ris; seueritatem deponit, dignitatis abiciit ornamenta, et
 cum filio colludit. ac repugnat. Meminerit Agastem
 Quis

1 Reg. 1. 10
 Cant. 7. 17
 Genes. 30. 1
 Mar. 13. 3
 Genes. 30. 1
 Rache
 fion
 ritur
 man
 Beni
 fili
 ty
 31
 Conuoc
 4. 19
 37. 3
 Partim
 Te vna
 12. 26.

19



dolens clamat indoloribus suis: ita facti sumus a facie tua
 Domine (i. ab indignatione tua, quia affligis nos, ut con-
 vertamur ad te) concepimus, et quasi parturivimus et pepe-
rimus Spiritum. i. malis pueri, tandem aliquando in iustitia pie-
tatis prestamus, et illa paulatim parturimus, et postremo
saudem parimus. 70. A timore tuo concepimus, et peperimus
Spiritum salutis. Hiero. Non carnis liberos, inquit, sed
 spiritus. Intellige bona opera ad Christi imitationem: quod
hic dicit Paulus Christum formatum in nobis.

70 interpret
 Timor in
 bono
 Hieronymi

21.

Sed adverte Rachel cum cuperet parere Josephum, al-
 terum parire filium, in ipsis doloribus mortuam: quod et Ga-
 latarum populo videtur contingere, qui non contentus Christo
 preterea Moysen parturienti mortem oppetit. Quare ab Apo-
stolo iterum generatur per confessionis, et penitentia sacrome-
tum. que secundata bula post naufragium dicitur, ut somnietur
sine heresiarcha. Novatus, qui novis ipse rebus studens,
hoc remedium lapsus post baptismum auferbat. Adverte
etiam a timore inipere plurimorum scelerati conversionem, de patre
ex hoc loco Isa. 26. 12. secundum 70 translationem, quam cita-
vimus, id autem misericiter declarat figura draconis. Apoc. 12.

Galat
 in
 Pauli
 manu
 scribit

Confess
 et tabu
 et hinc
 pariter
 5 Novat

Conversio
 a timore
 in ipse

Apoc. 12

05

4 Et Draco stetit ante mulierem, que erat paritura, ut cum
peperisset, filium eius devoraret, et peperit filium masculinum, qui
reverturus erat comens gentes in virga ferrea, et raptus est fi-
lius eius ad Deum, ac ad thronum eius. Duplici, inquit Hugo
Card. dolens in partu conua de laborat, scilicet naturali ex sua
imbecillitate, et quia timet, ne lupus ferum suum rapiat. Ita qui
venit ad conversionem, et penitentiam, cum suam in-
dignitatem, et miseriam timet, ac dolens, pro scelere enim admis-
so eternam meritum fuit panem, tum etiam vult detinet non
valeat persecurare in statu gratia, cum Draco rufus, ac crudelis
prelo sit, ut devoret, quod natum est. Verum qui prelo paritendi

Hugo in

Cervic
 duplo

Vitru

vix



* optimo.

virtutem servat, et natum masculinum gloriosum reddidit.
Iste filius spiritus, qui per deamorem, et contumeliam
veram concipitur, et post et inermis parturitionis dolo-
res, et labores, tandem per confessionem, et absolutionem
ad lucem venit, ac filius lucis appellatur. Iunc sane si
quidem ex luminibus nascitur, sicut luna, et stellis, quae
matrem parituram comitantur, circumstant, et adiuvant.

ut patet in signo magno Apoc. 12. 1. 2. quod saepe tetigimus
et nunc per partes explicamus. Ex timore geisonis incipit
conversio. hunc inquit draco ore hians, ut duos se factum,
si possit; spes deinde venie rubet, quam representant luna et
nova augescens spectantia versus Empyreum celum; supra
quam pedes. i. affectus, et desideria sustentantur, quibus sig-
nificatur rerum mutabilitatem, ac sub lunarium dispicien-
tia, ac contemptu. Fidei alius in primis necessarius per
duodecim stellas. i. duodecim articulos Apoc. 12. symboli equi-
tatis notantur. solis radij caritatis sunt opera, sunt et actio-
nes divinum amorem constantes. Ergo ex genitrice, quae
circumdata, et plena luce patet, quid velis filij lucis expectandi
fuerant? Ips. 5. 3. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem

lux in domino ut filij lucis ambulate.

Verum si placet oculos mentis asseramus ad illud
primum, ac mirabile signum ac ~~mirabile et grave~~
factum a Christo domino apud Cana Galilee.
ubi cum matre virgine, et discipulis duodecim invitatus ipse
dominus ad huc nuptijs, easq. sustentavit et illis priores
effecit aqua in vinum conversas, quo miraculo, et sponsu
nota liberavit inania, vini supplevit inopiam, et disci-
pulos ad huc rudes, et teneros infide confirmavit; et
quod maxime ad rem presentem attinet, formam ex-
pressit, ac representavit conversionis, qua homo propter com-
missa adversus Dei charitatem, frigidus, atq. instar aquae



2A.

Effusus (ut quodam Duben) Gen. 49. Dei gratia mutatur
 in bonam q. ut dicitur frugum conuertitur, qui q. prius, ut aqua
 fluebat in mortem, iam tamq. vinum dilecti lignum in vte
 nouis, qui his fauili conseruetur, immittitur. Nec ergo insignem
 rautum primam habuit sanctissimam matrem dei, quod
 id efficiendum exitaru. inuitare q. filium. prae muniret, ha
 faretur q. ministros. filio dixit, vinum non habent, mi
 nistris autem ait. quodcumq. dixerit vobis facite. o singularis
 pietas Mariae matris, absq. dubio, misericordis, quae non modo,
 ius hoc fouet, et sanctorum, sed et peccatoribus, ac scelerati mise
 ricordiam adest, benigne fauet, et prompti, atq. alacriter subue
 nit. quae pietas in tyo Rebeca adumbrata est, dum Abra
 ham i famulo Eliezeri aquae ex artium deprecanti respondit, Gen.
 24. Non solum tibi, sed et camelis spauriam aquam. ^{legas}
 tus patiaris de iustorum personam gerebat, camelis autem
 gibbo globoso de foemae peccatorum formam referebant. Nu
 quid non mirabile est vermiculorum semina, qui seri
 cum ex rui vicibus effundunt in simul virginis fauiliis viui
 ficari. At non minus mirabile dicitur, sed tamen frequens
 et certissimum, virginis Mariae dei calore peccatores, non mo
 do protegi ab aeterna morte, sed etiam ad vitam spiritualem
 reuocari. Deinde, sydena corona duodecim Stellarum, duode
 narium, apostolorum significat numerum, hoc est deus dum
 apostolos christi nocte si dei patris, auctoris q. quorum etiam
 typum, et si ministri prae referunt, qui sydena nuptiales vique
 ad summum impleuerunt aqua in vinum vertenda ex do
 mini imperio. Nam et hoc nubium nomine intellexit
 Isaac, cum admirans ait. qui sunt isti qui, ut nubes, vident.
 Quomodo enim nubes aquam ex mari saubam super
 fundunt terris, ita et apostoli ex profundo sapientiae dei
 oceano, doctrinae salutariae aquam exiipi, ^{inter} in corda filiorum
 hominum super infundunt. ut vero aquarum lacus ad radi
 cem vitis dei dente vitalis vitis attrahit, in ampinos
 que

25.

Gen. 49

Can.

S. Mariae Benignus

Rebecca dei mater

Gen. 24

Eliezer

Camel

peccator

de bisul

Virgo mater multos ad tam adha

Apostolorum laetitia

Isa. 64

trahit

Vir



que deducti, atq; in vbas redacti, tandem in vinum conuertuntur; similiter riuus sapientie ex multis parata corda humanasq; mentes irrigans, atq; super implentes virtute diuina mutari et conuertunt in e^s caritatis vinum, bonum, atq; optimum, dignissimumq; et potari et dentibus, et labijs rannari. Hoc tam demum ipse sol splendidus puerperam vnde quaq; circumfundens, Luna q; ac Stellis lumen communicans, et splendorem, Christus Dominus est; qui miraculi auro, et patrat, cum fide, spe, et ceteris virtutibus per e^s caritatem, vitam donat; tum Sybaris complectat, atq; eorum frigida, limpida transuertit in vna feruentia. Hoc est q; flagitij oppletas animas, et gelascentes ita transmutat, et perficit, ut per ornamenta gratia mundicissimas in conspectu Dei appareant, gratia, et iucunde oculis diuina maiestatis perspicacissimis, et longe pulcherrimis, simulq; q; benignissimis. Hic ille est filius, quem lacrimis ex oculis, gemitibus ex pectore, suspirijsq; ex corde profectis, magnisq; dolentibus, et clamoribus parturibat. Apud istum cupiebat, ut in Galatis formaretur Christus, ut vidit elucere in eis nisi puritas animi, lux gratia, caritatis vniuersi splendor, in eis virtutum, pax vera, et vita immortalis, per Christi imitationem, atq; imaginem ipsi simillimam, diuinitus acquisita, et habita.

26.

Ad sane ita q; formationem imaginis, quae per omnia, ut fieri potest, referat Christum, vixit cetera in extenu oculis, et mente suspensa, atq; erecta enixe laborat, toto suo conatu enititur, vitium omnium suarum nixu contendit per immensus dolores, tanti sui voti, tandem aliquando compos flexi; nullum vicium horret, nullas cruciatus ex se nascit, mortificiam extremum periculum sibi minime auersatur, recusat, inquit, dummodo optato desiderio, ac desiderato fine potiatur, versat enim continua cogitatione, ac

27.



meditari non desistit illud euangelicum pronuntiatum. Jo. 16
 21. 22. mulier cum parit tristitiam habet, quia venit se-
ra eius, cum autem peperit puerum, iam non meminit pres-
suræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.
 Cunctas igitur tristitias, angores, angustias, dolores, labo-
 res postponit filio nascituro. Ac modo ex senatum vi-
 deat Christum, hoc est in animis nostris imaginem
 eius expressam reliqua, que pari potest, dicit pro M. sito.

Joan. 16. 21.

23

Cum autem lecteria non sit aliquid abstractum, et
 solummodo comprehensum, sed re ipsa mysticum corpus sit
 ex suis veris membris coalitum, autem, et coagmentati:
 que membra sunt omnes fideles cum capite Christo, a quo
 totum corpus vite subministrationem accipit, et singula
 membra sibi invicem nexa, et coherencia, sicut olive palmi-
 tes influxum, ita ab spiritu Christi gratiam suscipiunt, qua
 coedificata in unum, et viva manent in charitate; hinc fit,
 ut quod proprium est corporis, in membris tribuatur, ita et quod
 in membris est, corpori attribuitur. Igitur et capiti tribuitur
 hoc spiritualis generatio, ut Iac. 1. 18. voluntarie enim ge-
nuit nos verbo veritatis, ut simus, initium aliquod

Ecclesia corpus
mysticum non
eius membra
debet, corpus

Vitam gratia
habemus a
sibi spiritu

Iac. 1. 18.

Creatura ^{etius.} 1. ut simul primitie creaturarum, et inter morta-

Generatio
non creatura
per se
naturam

les precipui, vel ut incipiamus esse nova quaedam, et spiritualis
 creatura dei, hoc nobis donum ex Sibone pater luminum,
 quod Nam? genuit nos, non quidem natura, sed voluntate,
 et dilectione, verbo veritatis. i. per Christum incarnatum
 verum filium dei, et mandatum ipsius. Nam ipse scit Cha-
 ritarum fide reaptus in corde Apostolorum, novam genera-
 tionem constituit, ut essent ad op. bone filij dei. Quod autem
 dicitur de Apostolo, qui primitie fuerunt, ad omnes Chris-
 ti filios extenditur. Tribuitur etiam et potioribus mem-
 bris, et altioribus, ut sunt Apostoli, Episcopi, presbiteri, et om-
 nes quos spirituales patres vocamus, qui ad ministrant nobis

Catholici

Christi
fideles
sunt



sa

29.

30.

sacramenta, saltem Baptismi, et penitentiae; quibus euange-
 lium predicant, cathecizant, instruunt, fideles q. docent, et
 Dei mandata seruanda proponunt. Quorum personam
 praecipue sustinet Apostolus Paulus hoc loco. Non mi-
 nus etiam triuiciter haec cura, et partus similitudo sin-
 gulis hominibus, qui ex statu peccati veniunt ad grati-
 am, ut patet ex illo Isa. 26. 17. 18. superius allato. Item
 ex Ps. 47. et ex 4. Reg. 19. 3. et si haec prima aucto-
 ritate generalius possunt explicari. Illud Isa. 46. 3. 4.
 ad Tyrum potest applicari. Audite mi domus Saba, et
omne quasi domus Israel, qui portastis in armis uti-
ro, qui gestastis in aenea vultua, usq. ad Soudam ego ipse,
et usq. ad Canan ego portabo. Ego feci, et ego feram, ego portabo.
Ego feci, et ego feram, Soudam, intellige, Israhel. Ad
 quem locum videtur allusioe nosse hic Apostolus;
 indicatur enim mirabilis affectus, et amor summus ex-
 gapeccatorum. Non est vero in portu huius numeranda
 et in huius portu reuersita loco beatissima Dei genitrix
 Maria, quae omnium nostrum spiritalis Mater est, et
 quae sine dolore carnaliter Christum peperit, nos omnes
 suos amara filii. Hoc est sub cura filij pro nobis patientis
 magnis, et eximij, atq. incredibilius dolorem partu-
 rium ac peperit. Cuius typus fuisse videtur pulchra Ra-
 beh, quae feliciter peperit. Postquam, quae sterilitatis op-
 portuno oblatore, maximum consecuta est Sordorem, spem
 q. concepit, addendum sibi alterum filium Gen. 30. 24. et
 vocari nomen eius Ioseph, dicens. Addat mi Dominus
filium alterum. Postremo vero cum tanto dolore pepe-
 rit secundum filium, quantum testatur nomen ei om-
 positum Benoni. i. filius dolens. Mei, quia nomen a
 Patre Benjamin, i. filius dexterae nominatus est. Qui
 et itaq. Iosephus saluatorem mundi Christum praefigurauit:



Quam hic Pau-
lus agat perso-
nam.

Isa. 26. 17. 18.
Ps. 47. 3.
4. Reg. 19. 3.
Isa. 46. 3. 4.

in gra-
m a Iu-
stis.

13.

rabie
creant
170
100

atho-
logia.

170
100

170
100

alter vera eius spes ille pro fecit, nos omnes representa
 vit: quos et si Matris tantorum fuerimus causa d. Sto
 rum, tamen pater Deus filios efficii dextera. Gen. 35
 17. Cum parturiret Raech. d. difficultatem partus per
 ditaxi cepit, dixit ei d. d. d. Noli timere quia
 tuum habebis filium. Egredienti autem animo p. d. d.
 re, et imminente iam morte vocavit Nomen filij sui
Benoni. i. filio d. d. d. mei, pater vero appellavit eum
Benjamin. i. filius dexterae. Quamvis autem virgo
 sanctissima Mortua non fuerit iuxta crucem, vbi
 potius creta d. d. d. et condans; fume d. d. d. d. d. d.
 tam acerbi dolores quos compatiens filio morimur
 tinuit, ut Nisi praevenit Dei auxilio, mortem procul
 dubio appetitur. de qua re vide salm. in Jo. 19. Quid
 putat significare Christum i. patibulo pendente Jo. 19.
 26. 27. Cum vidit Matrem d. d. d. confectam, et
discipulum Antonem, quem diligebat, dixitq. Matri;
Mulier ecce filius tuus, deinde dixit discipulo, Ecce
Matris tua. Hoc sane mysterium insinuavit. quare d.
 Joannes accepit in sua, nec omnes expulsi, quos ex illa Apo-
 ra. Christi Mater filios agnovit, atq. ut Christi ima-
 gines ad crucem expressas pro Christo filio accepit.
 Libet hic Caesari verba transcribere, quibus eo qua
 dicta sunt confirmantur. Christus, inquit, conversus ad
 discipulos dixit Matth. 12. Qui fecerit voluntatem pa-
tris mei, hic meus frater, et soror, et mater est. in
 eo frater ut possit, et pater esse, et in eo soror, ut mater
 esse. Hoc pertinet ad eos, qui relicto peccato transierunt in
 Dei adoptionem, sed quod requiritur ad redemptionem
 nostram. Christus (addit Caesari) omnium pater
 suus, qui futuri saeculi pater fuerit apud Deo q. predi-
catum. quoniam, ut sacerdos, et doctor genuit nos
 verbo

95

31.

30

32.

Beniamin
Christi
Gen. 35

Quantum d.
Jo. 19. d. d. d.
via. d. d. d.

Salomon
Joan. 19. 26.
27.

Joannes et
gelina per
nam gene
horum ad
omni Mari

Catho

Matth. 12

Isa



verbo veritatis (1. per euangelium) salu pro nobis par-
ens. fuit in carne sua matris vice nobis fuit, qui sub do-
ribus et angustis nos parturimus, ac peperit. (quod sequitur
a dicitur in partu euangelij) sic dicit Paulus. i. ad Corin.
4. 19. se esse illius partem ostendit, quos ait se genuisse in car-
to per verbum euangelij; nunc vero ad Galatas, ut matrem
se ostendat; quia iterum eor per lacrymas, et orationes, et
desideria parturibat, donec inquit, fructus Christus in vobis
videlicet ex fide, et caritate. Hi affectus a deo sunt, sed
sancti illos a deo impetrant per orationes, et gemitus, et
suspensa, et affectus vehementes, quod spiritualiter parturire
Thome affectum sentiebat ille, qui dolens aiebat. Num illi

19.

112

Nim quidem ego ^{hanc mater in hunc} concepti omnem ~~populum istum~~
Et istam causam docteria sancta vocatur Mater, que
assidue lacrymis, et gemitibus parturuit, ut parieret
super omni in christo fuit Mater nostra secundum
spiritum illa, que illius fuit secundum carnem. Hoc par-
turiuit nos et peperit sub amara fide; quod plurimi ma-
talium nos cogitant, et ob id minus erga tantam
redemptionis nostre difficultatem commiserentur. Haste-
nus ille

Appendix 2. et s. Hieronymo.

Hieronymo

33.

Ad alexandrum audias gluat Hieronymo ita huc
versum commentum, quantum difficultatibus, et do-
loribus facis promanere a vobis, maledictio parim adela-
nat, dicitur. Intra dicitur parim filius. Volens igitur Paulus
ostendere magisterorum pro discipulis se dicitur dorem, quos
parturitur affectus, nec scitatur sui, ex eadem salute, ait
Filii mei quoriturim parturio. Quod enim in alio loco
quasi pater dixit, si dicitur millia dicitur in amorem quasi
pater, sed quasi mater loquitur in x, ut videretur anxietate
tem et pietatem in se parenti agnoscant. Quis putas nostrum
discipulorum ita ^{anxietate} ~~conspicitur~~ est salute, ut non pauis huius
quodve matrem dicitur, videtur de, sed toto vite sue tempore



torquatur, donec Chris^{ti}us formatus in eis. exemplum feta
 mulieris, quod assumpsit, concipientis, et formantis in se semi-
 na diligentur tenendum est, ut potissimum intelligere, quod
 dicitur. Natura non erubescenda, sed veniunda est. sicut
 enim in vulvam mulieris primum iacitur semen in formam, ut sul-
 cis ex fundo eius quasi quodam glutino adhaerens, de quo et pro-
 pheta in istis ei recordatus ait. incompositum meum viderunt 35. 133. 16
oculi mei. Deinde per novum quincies relictis sanguine
 perno fuerit homo coagulatur, corporatur, atque
 distinguitur; ut postquam in utero palpitare, statum tem-
 pore fundatur in lacum, et tantis difficultatibus nos-
 citur, quantis postea, ne intreat, exutitur. Ita et sermo
 sermonis Christi, cum in animam audientis invidetur, per
 gradus suos crescit, et, ut multa in te ream, possumus si-
 quidem facile corporalem descriptionem transferre ad
 intelligentiam spirituales, tandem in ancipiti est quam-
 diu pariat, qui incipit. Necessaria sunt industria et
 edidisse, sed tunc altioris laboris exordium est. ut lac-
 tentem infantiam subilis nutrimentis et studiis, usque
 ad plenam adultam perducatur aetatem. Et quomodo in con-
 iugio sage viri semen in causa est, ne liberi procreentur;
 Nonnamq[ue] sterili vixit semina non tenet, et frequenter
 neuter ad generandum aptus est; et e contrario vixit fauendus;
 itaque in sic, qui verbum Dei seminant, quadrifaria haec divi-
 sio cultus dicitur, ut impleat quidem suum doctor officium.
 sed sit sterili auditor, vel auditor bene indolis sit, sed
 per imperitiam doctoris verbi semen intreat, aut certe
 tam viciat, qui docetur, quam ille est, qui praecipit, raro
 que contingit, ut et magister et discipulus sibi consentiant,
 illis nobilibus sari parabolis vinea Matth. 21 et Nub-
 traram Matth. 22. idem Agostolus declaravit Rom. 9.
 Varijs produbis testimonijs veteris testamenti. Et gra-
 terea ingens interpretum Sylva, et veterum, et recentiorum
 Patrum, quorum auctoritas gravissima pro Sacra sen-
 tentia. Quam nonnulli confirmant prolati nonnulli scrip-
 tura figuris, quibus idem mysterium adumbratum creditur.

§ Nam (Theophrastus) 1724

Ecclesia
 duorum
 plurim
 dei
 Ps. 76.
 Ps. 127.
 Ecclesia
 Sterilis
 fecunda
 Synagoga
 Gentium
 ecclesia
 ecumeni-
 ca
 Ps. 37.
 21. 22.

Ann. ecclesia Gentium significata est per filiam Saulis Michol
qua ablata à Phaltiele, cui inuile tradita fuerat, iterum reddita
est Dauidi viro suo priori, ac legitimo. Vide Joseph. Antiq. de
Egyp. Item per Beersabotham via uxorem, quod illo casu nup.
sit Dauid Regi.

Pariter per Manasse, id est, obliuiscum, maiorem filium Iose-
phi, qui post Saluis est, ab auo Iacobo minori filio Ephraim. i. frue-
tuoso, in benedictionis honore, quam cancellati manibus imper-
tisi est, ut dextra caderet sub Soci, qui ad sinistram erat. Quam
figuram dicit Theophylactus à Xpo. irascuatam, cum Iudaea
relicta secessi in desertum Ephraim. i. Ephraim, quasi obli-
uiscere ad desertam gentilitatem discessurum relicta Synagoga
ingrata, et obliuiscia, quique interfectiue creatoris.

Aliud argumentum Gentium Vocationis

18.

Quondam Synagoga Iudeorum erat valua vber, ac pulchra oliva
Hier. 11. sed abscisi rami eius manserunt truncis infruifer. At
olim populus Gentium erat quasi oleaster amarus, atque sterilis,
quippe cuius Bacca inuiles sint. opera gentium insipida, et inu-
tilia, valdeque amara in Dei conspectu; siquidem fide, ac reli-
gione carebant; sed quia Synagoga repudiata est, et loco Vati
introducitur Esther ad thalamum regis glorie, mutati in
bis nomen oliva datum est oleastro, id est, populo gentium,
de qua commutatione Paulus ad Rom. 11. Sed factum est
inuito contra naturam reum, nam in oliva trunco non
solent viticuli oleastri inseri; sed contra factum est ac na-
tura procebat arborem. Et Olima Synagoga atq. Legis
detruncata est, quippe quae abiecta, ac repudiata à Deo
fuit, in eam insiti viticuli oleastri, qui diuina inuisionis
virtute egregios ac plurimos fructus tulerunt, ut iam Ecclie
sua ex gentibus oliva nomen sibi vendicauit, deque ea
intelligatur illud. Es. 51. Ego autem sicut oliva fructifera
in domo Domini. Et vasa sunt rami eius, quae erunt

05

§

de Regib. Heb. ex illo Exod. 12. Eadem erit lex indigenis
 et advena. I. Iudaei, et proseliti. Unde et Herodes pro
 selitis regnum Iudaeorum obtinuit; quin etiam ablati indigenis
 proselitos fecit consiliarios. Et Iudith. c. 14. Legimus Achier
 circumcidit se, et appositus est ad populum Israel etc. Non quidem
 mirum videri debet, si ecclesia oecumenica, quae cepit ex Iudaeis
 et Sic. propter obstinationem animi, post Sabris crevit et dilata
 est usque ad finem orbis terrarum. Ex populis atq. ^{et multis gentib.} ~~infidelibus~~ ^{gentibus}
 tunc ecclesia appellata vocetur, et mater sit non tantum
 gentium, sed etiam Iudaeorum, cuius gremio omnes continen-
 tur, una eademq. fide colligati per angularem lapidem Ispum,
 qui est passus nostras, et fecit Stragae Orum.

55

Testimonia Patrum qui ecclesiam vocant
 ex gentibus coactam, eique hereditatem at-
 tribuunt. §

Fargo maneat hoc certum ecclesiam matrem matrem dictam
 à Paulo, quae ex gentibus multiplicata est; et si quis fuerit
 etiam ex Iudaeis connotata. Quod supponere videntur sancti
 Patres quos supra recitavimus; et similiter qui infra referuntur.
 Quorum sit primus S. Hieronymus ex latine in Glosa, qui
 dicitur, inquit, Sabas synagoga legem, et iuxta Annae quos
 prophetiam, fletosa quondam in liberis fuit, scilicet vero eccle-
 sia sine viro sps, sine viro sps sermonis allegorice dicitur
 in deserto. Sed postquam accepit illa librum regum in manus
 suas, et omnia ornamenta viri, et ubi vertit ornatum; tunc
 mater, prius cingulo patrecente, ab omni lumbis suis balteum, alio
 de gentibus lumbare contexit. Unde Sabasim dicitur esse
 uncta concepit, et peperit. Et in Esaiam exclamatur Dominus
 per prophetam; si est gens nata simul, quando una die in illi-
 bus Apostolorum tria millia, et quinque millia hominum cre-
 diderunt. Nec puto necesse esse, de multitudine gentium, et
 de Iudaeorum paucitate dicamus; cum in toto mundo crucis vesilla
 resplendant, et vicarius aequo notabilis in orbibus Iudaeis
 appareat. Dicimus itaque Apostolum, ideo eos appellare
 secundum Isaac filios promissionis, quia non perierunt eorum

21.

55

25

§

desperet salutem. Et rursum eos ad spiritum, quo caperant
et domos reversuros. Transque filij libertas, qui, si carne fuerint
consummati, filij sint ancilla.]

22.

Hec comprobat. S. Ambr. serm. 67 sterilitatem gentium per
spiritum et Apostolos ablatam ostendens ex illa Elisei mira-
bili figura, qui aquas Hiericonenses, quae male erant, atque
steriles siccavit per vas fertile in aquas sale resperso. Ecce
sua, inquit, et illa sterilis civitas, quae ante adventum Ierapa-
cum vicio, hoc est, sacrilegio gentium populorum sterilitatem
sustinens Deo filios procreare non poterat; at ubi venit
Iesus, velut vas fertile affumens corpus humanum, sana-
vit aquarum vicia, hoc est, revocavit sterilitatem populo-
rum, et statim ecclesia, quae erat sterilis, cepit esse
fecunda. Unde et Apostolus dicit. Locare sterilitatem
Thues enim filios ex ea ecclesia, quae erat sterilis procrea-
vit, quam Synagoga, quae erat fecunda, recepit. Aspersi
autem sales, qui sunt, qui attulerunt medicinam facile
cognosimus. Dicit Dominus ad Apostolos suos, Vos estis
sal terrae. Ego si Apostoli salibus comparati sunt, recte
figura complectur. Sicut tunc effusi de vasculo sales condie-
runt aquas; Ita et nunc missi Apostoli a Salvatore po-
pulos condunt universos, ut ablata sterilitate viciorum proden
incipiant. perminare virtutum.

Apostol.
cur sal
vocat.

23.

Dulcius Mar. in Apol. 2. pro Christ. eisdem Sublimis
sensus sequitur. Delectas, inquit, appellari nationes,
experte cognitionis Dei veri, operibus manuum suarum
revertentes; Sabere autem viam dicitur de Iudeis, qui sa-
bebant Verbum Dei pro prophanum eis, oracula tradidit,
quorum pauci tamen spiritum receperunt, quem tanquam suum
semper expectarunt.

24.

Confirmat etiam August. de condit. Evang. 2. c. 32
Nunquid, ait, Iesus fecit, ut dilataretur Ecclesia diffu-
sa per gentes quondam sterilis, cum in pluribus filijs,
quam illa Synagoga, quae legem sive regem, quasi viam
acceperat? Nunquid ut sic dilataretur Cecum tabernaculi
sui omnes nationes et linguas occupans, ut longius, quam
Romani imperij iura tendantur. Neque in Persas et Indos,
et alias barbaras gentes, funiculos porrigat, semen eius se-

August.

re

Sacerdotes gentes et civitates, quae à vero Dei cultu, et à vera religione deserta fuerant, iam nunc in Sabret. Et prima c. 31. Per multos annos, inquit, ecclesia quae fuerat in gentibus, in filij suis, hoc est, in sanctis suis non apparuerat, non dum Xpo annunciato per evangelistas eis quibus non est annunciatus per prophetas, et dicitur plures filios deserta generos, quam eius, quae habet virum: cum viri nomine significatur, qui plures quam acceperat primis populus Israel. Non acceperant gentes legem eo tempore, quo propheta loquebatur, neque rex christi notum apparuerat adhuc gentibus, ex quibus iam gentes longe fuerant et caeterosq. sanctorum multitudine provenit.

x lux vel Rex

Sententia

Foris gauciores; sunt tamen, qui Ierusalem intelligendum velint de ecclesia constanti exornatione, et circumstante, quam appellat Paulus Ierusalem superam, sive caelestem, quae dicitur ecclesia novi testamenti, in scriptura ad Xpo. Domini. Sae ex adverso opposita est veteri testamento, sive Synagoga. Cui vero dicatur Heredes in promptu est ratio, quia eo tempore, quo dicitur Synagoga, et quasi fecunda mulier carnalibus filijs abunda, et multiplicata est, caelestis Ierusalem nullum suscepit filium, sed tanquam viri carens, deserta, ac desolata videbatur, quasi mulier infecunda, seu terra sterilis, absque fructu, ac prole. Sed Sae ex subiecti. Parum testimonij magis elucescent.

25.

Ambrosius hoc loco, sic ait: [Hanc virginem Ierusalem] Virum habere dicit, quia secundum carnem generat, illam autem Ierusalem quam dicit matrem nostram Herilem appellat, quia non parit secundum carnem, nec dolorem patitur. Sae est, non paritur. Generat autem sine passione spiritualiter exclamans in littera, quae deserta aliquando, (a quo, nisi ab Adamo, qui deserta vita secutus est mortem) nunc plures filios habet, quam Sae, quae habet virum, id est, quae carnaliter generat. Quibus enim plures sunt Christiani Iudei, sicut dicitur in Apoc. 7. Et vidi urbem magnam quam describere nemo poterat ex tribu et gente.]

26.

Augustinus etiam super hunc locum ad Galat. caelestem, inquit, Ierusalem Herilem vocat scriptura, quandiu filios non genuit. Quae deserta etiam dicta est, caelestem iustitiam differens, sicut

27.

§

mimibus terrena delantibus, tanquam dixim habere illa terrena
Ierusalem, quia legem acceperat. Et ideo celestem Ierusalem Sara
significat, quia diu deserta est a concubitu viri propter cognitam
sterilitatem.

28.

Consonant Sicut et ille, quae idem S. Iacobus Sabes lib. 1. de celesti civitate
ciuit Dei l. 9. § 17. Civitas autem celestis, vel potius pars eius, quae in
saecula mortalitate peregrinatur, et vivit ex fide; etiam
istae pace necesse est utatur; donec ipsa, cui talis pax necessaria
est, mortalitas transeat. Et inferius. Adhuc ergo celestis
ciuitas, dum peregrinatur in terra, ex omnibus gentibus ciues suos
cat: atque in omnibus linguis peregrina colligit societatem non
curans, quid in moribus, institutis, legibusque diuersum est; quibus
pax terrena, vel conquiratur, vel tenetur; nihil eorum rei
cinders, vel destruis; imo etiam seruans, ac sequens; licet di
uersa sit in diuersis nationibus; ad unum tamen eundemque
finem terrena pax intenditur. Si religionem, quam unus summus
et verus Deus colendus docet, non impedit. Virum ergo celestem
ciuitas, etiam in saecula sua peregrinatione paceterna est.

29.

Lombardus etiam de loco secutus S. Iacobum ait. Ierusalem
Ierusalem intelligitur hic superna ciuitas, celestis curia. De hac
dicitur, quae sursum est. i. cum Domino gaudet, libera est a peccato,
et pax peccati; quae est mater nostra, quae ad eam vocatur.
celestis dicitur, quia caelum sedes eius est, et quos generat,
ibi erunt cum ea. Vere mater est, de qua scriptum est. In
tare sterilis et celestis Ierusalem sterili dicitur, quia non
parit secundum carnem, nec parit. i. dolores parit,
sed generat spiritaliter sine passione clamantis in latrasseti
Ex Ambrosio modo dictis. Deinde addit ex August.
Sterilis dicitur, quia virgo est, quae non carnaliter ge
nerat filios, sed per solam fidem spiritaliter.

30.

Ambrosius atque Augustinus percipiunt locum de
celesti Ierusalem, prout complectitur, non solum triumphan
tem, sed etiam militantem, ut insipienti, non gloriante
ter, sed intentam mente appareat. Nam Ambrosius Chris
tianos nempe in terra adhuc degentes contulit cum Iudeis
etiam in corpore viventibus; licet non velit excludere iam
in caelo triumphantes. Augustinus terrena accolat fideles tam
quam partem afferat esse celestis ciuitatis.

At

At Lombard magis videtur de sola triumphante ecclesia loqui, quorum superiorum etiam eadem verba militantia applicavit, quare de viage videtur intellexisse, praesertim cum inscribat verbi Ambrosij et Augustini. Verum, nisi fallor, facile fuerit has duas sententias conciliare. quod deinceps conabor breviter

Quot modis nominari soleat ecclesia, et quomodo sit magis ad rem propositam



Ut facilius in quo sit veritas, constet, et quam apte, et apponere valeat. Evangelium productum, sicut ab Apostolo clarius pateat, quod repertum est, quomodo ecclesia nomen in hac disputatione apte parari possit, breviter recitamus. Septemmodis opinor dicitur ecclesia id est conventus fidelium. 1^o ecclesia una dicitur a principio mundi usque ad finem. S. Gregor. Som. 19. in Evangelio Universalis ecclesia, inquit, ab Abel iusto usque ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos prole, quasi tot palmites misit. Videtur S. Gregor. ecclesiam dicitur sanctorum duntaxat caetum. 2^o ecclesia complectitur Israe- litas, sine populum circumcisores sub Moysaica lege vivente usque ad Christum. Haec est ecclesia veteris testamenti, qua pro- prio nomine Iudaeorum Synagoga appellata est. 3^o ecclesia dicitur potest fidelium congregatio inter populos gentium, in qua Dei veri cultum conservant, et secundum praescripta legis na- turae vivunt, ad quam perveniunt via rectus, et sanctus Iobus. De his duabus ecclesijs videtur meminisse Christus domi- nus. Joan. 10. sub nomine duplicis ovilis, et explicat Card. To- let. supra relatus. 4^o ecclesia est universalis Romana catho- lica, seu universalis, quae a Christo instituta, et inchoata ad finem usque saeculi permanebit. De qua scriptum est Matth. 16. Et porta inferi non prevalebit adversus eam. Hanc vero no- mine ovilis tertij comprehendisse videtur Christus Joan. 10. cum ait Et fice unum ovile, et unus pastor, tanquam prae- duo fuissent, alterum gentium, alterum Iudaeorum, ovilis. 5^o ecclesia Christi eadem prout ex Iudaeis fuerat accita, et collecta. 6^o ecclesia Christi eadem prout ex gentium populis fuisse dicitur evocata, et congregata. Haec sex appellationes

31.

Nam ecclesia est caetus fidelium
Socium ejusdem sacris
citibus sub eodem capite
mentium. et Belarmino
haec est descriptio. Ergo

1.
2.
3.
4.
5.
6.



cadunt in Ecclesiam, quae dicitur interitus peregrinantium, seu viatorum, seu militantium. 7. Ecclesia nominatur beatorum triumphantium in caeli, quae continet eos, qui iam ex hac vita migraverunt, atque ad aeternam translati sunt beatitudinem. Imo 3. & modo nuncupabitur Ecclesia quae ex militante et triumphante una esse dicitur, ut probatum est supra. V. 26. Haec divisione seu distinctione volumus multas ac varias Ecclesias designare aut discernere, sed ex varijs modis nominandi Ecclesiam illum indicare, quo magis rei praesentis veritas comprobendatur, atque planior illustraque fiat.

18

32.

Quarta yiviva ita in Soc. et. ut appareat quo ex aliquo die videtur secundum qui pertinet ad vetus testamentum, seu ad Synagogam nominatur Ecclesia, quae dicta est Sterilis atque deserta, sine viro, sine filijs, dum Synagoga secunda diceretur, Sabeitae virum ac filios.

Statu qu...

Hyranus. Ecclesia quae tum ad gentes dicitur.

Hyranus primam acceptionem Ecclesiae secutus, ait, illam tempore Legis faciendam quantum ad Iudaeos, Sterilem ac desertam quantum ad gentium populos. Contra vero tempore novi testamenti in quo pauci Iudaei, si cum gentibus credentibus comparati, crediderunt. Contra Hyranum, obijce potest non de una, sed de duabus, vel tanquam de duabus feminis locutum Iudaeum, ac quoad de duabus Ecclesijs.

29

33.

Tobias qui secundam et tertiam acceptiones probat. Tertiam Ecclesiam praefert Synagoga, cum antea posthabita fuisset. Contra Tobias non componit Ecclesiam ^{piorum} paucorum, quae fuit in lege naturae in gentibus, cum Synagoga, sed vel ipsam gentium congregacionem. Nam illa Ecclesia filios supponit Sabeitae Tobum et alios, gentibus vero Sterilibus dicitur a Patribus.

Tobias. Ecclesia prior natura legum quors.

34.

Oleaster quartam acceptionem sequens, dicit modico Xpo iam impleri Ecclesiam, quae eo tempore, cum paucos Sabeitae fideles sabbat (ex Act. 1. 15) 120. similiterat Sterili, atque deserta, cum ea Vera Synagoga esset a Deo deserta, et sicut Sterilis, quae supererat diabolo, arbitrabatur se habere virum. Ecclesia autem Xpo esse desponsata, et maximam sperare sobolem Christianorum. Contra Oleaster, non potest dici Ecclesiam Sterilem, postquam tot Sabeitae filios, quot erant fideles Xpi, post eius mortem non solum 120. sed plusquam 500.

Oleaster. Ecclesia Christiana. A. P. 1. 15.



OT

De patre ex Paulo aiente apparuisse Xp̄m illis diebus plusquam
quingentis fratribus simul. His occurritur num. sequenti.

Gaspar. Sanch. Eccliam non triumphantem sed militancem
diabolo committit, quam Iudei, Gentemque ad Xp̄m conversam consti-
tuebant, sterilem dictam ait, vel quia initio talis videri po-
tuit, cum Synagoga collata, vel quia ex parte Gentium nul-
lum ante Xp̄m generaret Deo filium spiritualem. Synagoga virum
Saburam ex quo eam Deus in sponsam acceperat apud Arabia
montem Sinal. veteri inito pacto. Quare saepe appellatur
Sponsa, saepe accusatur, ut adultera, saepe amareticij sordibus,
et alieno complexu ad Legitimum thorum reuocatur. De Hier. 3.
Fzech. 16. Ose 2. Gentilitas virum non Sabur, quae promissa est
ingredi vias suas (Act. 14.) Et ab omni filijs infecunda fuit.
sed postquam illi viro nupsit, a quo Synagoga repudiata est; ea
Celi sata sic concepit feliciter, ut virtute, et numero filio
cum longa superaret Synagogam, iam dudum antea maritalem.
Contra Sanch. opponi potest non esse eandem gentilitatem
ante, et post conversionem, ut dicatur sterilis prius, post
fecunda. Ad hoc responsum est supra, via sequenti
num. in Ecclia ex Gentibus, sicut agnoscitur unum genus
Abrahae ante et post Xp̄m. Unde oracula, et promissa
facta populo illi antiquo impleta sunt in nouo. scilicet promissa
Iudaeis filijs Abrahae, acceperunt Xp̄m, quasi filijs Abrahae,
imo hi sunt veri filijs Abrahae.

Proterius interpretatur Isaiam, ut ipse putat cum Apo-
stolo de Ecclia triumphante, quae secundum Sedulium rela-
tum in gloria sterilis dicta, quia ex quo ab angelis aposto-
licis deserta fuit, nullos genuisset filios; vel secundum Tom-
bradum, nec carnaliter, nec cum dolore genuisset; ex quo
fuerat deserta ab Adamo, qui (ut ait Ambrosius) deser-
ta vita secutus est mortem. Cuius exemplum reliqui homines,
deserentes caelestem iustitiam, ut ait Augustinus, terrena sectati
sunt. Sterilis ergo dicitur Ierusalem caelestis, ac triumphans,
quia carne non generat, arguenda nec cum anxietate parit.
Nec necessaria est procreatio carnalis, aut successio filiorum,
ubi nemo moritur propter mortem enim propagatio sine successio-
num permittitur. Sic ex Augustino. Remy. Sed hoc exre

35.

36.

nam parum ad rem quod aut lombard, postea examen subit.
 Contra Foreirum dicitur aliqui non auri debere sterilem, que
 pariat, licet spiritualiter, triumphans vero ecclesia, sicut post
 xpm peperit spirituales filios. Ita etiam ante ipsius duen
 tum in ecclesia Gentium, que natura legem servabat.
 Nam luciferi effera in celo, carni filios habebat in terra,
 sicut post xpm etiam habet. Imo filij synagoga, qui erant
 sancti dici debent filij spirituales triumphantis Ierusalem.
 Ad hoc respondetur infra, cum de entibus sanctos veteris
 legis, et legis naturalis pertinuisse ad novum testamentum.

Matrem filiorum novi testamenti significat
 ut Isaias cap. 54.

37.

7 ab Isai

Alqua alia proterea pro veritate intelligentia quibus
 utenda sunt. 1. Debeo delectum affirmasse in precedenti cap.
 53. predictos filios ecclesie ex parte patris nempe xpi, et
 eosdem predictos ex parte matris, i. ecclesie novi testamenti. Hoc
 enim dubium non est. Constat enim in cruce ecclesiam
 novi testamenti xpo desponsatam, secundum illud Cant. 8.
 sub arbore malo suscitavi te etc. et illud Cant. 7. Dixi arbori
 dam in palmam etc. Quare ex tempore matris promissum est xpo
 semen longanum, quasi tunc advenisset sibi sponsam eccle
 siam.

Explanatur convenientia figura Sare cum novi
 testamenti ecclesia

38.

7. Abrahamus filii et multarum gentium per fidem
 Pater typus exivit Dei Patris, duo vero, scilicet sancti pa
 triarche uxores, duo coniugia, seu matrimonia duo, duas qui
 dem prefigurantur ordinationi, seu dispositioni imminente
 divina, ad gubernationem hominum spectantes, que testamen
 ta appellavit D. Paulus. Ex quibus duo populi tanquam
 duo filij orti sunt, nempe Iudeorum, et Christianorum. Verum
 illud attente considerandum, quod philosophi veri tradunt,
 id scilicet quod in mente potius prius est, in opere de
 re esse posteriorius. Et contra. Media enim sunt proprie
 finem, finis vero posterioris acquiruntur, siquidem non nisi
 medijs

Isaias quid...

ecclesia novi...

1sa. 53. 10.

Abrahamus...

Testamen...

Finis...

medij precedentibus. Meri autem Soc proprium Sabet, ut agat
 propter finem. Finis itaque prius est in mente, posterius in
 acquisitione, et executione. Quippe cum propius ad finem
 finem proponat, deinde media ad illum comminiscatur, quibus
 adhibitis finis Sabetur. Ita igitur cum propter novum testa-
 mentum exoptatum fuerit a Deo veteris testamentum, et non
 contra, sine contat, prius in mente Dei Patris fuisse novum
 testamentum, quam veteris; et si Soc prius somnibus, illud
 posterius fuerit propositum, atque imperatum, quod ad vivum
 in imagine videmus expressum duarum vocum: prior enim
 Sara in legitimum atque Solemne matrimonium ducta est, post
 autem domina deprecante, ut suam solaretur sterilitatem, an-
 cilla ipsius Agar accepta est in coniugium. Non Solemne, le-
 gitimum tamen.

Quia certe ancilla prior in prole estitit, quam princeps et
 domina; qua rex Dei promissionem, et gratiam ablata steri-
 litate posterius venit ad partum. Et si autem Ismael
 filius ancillae maior natus fuerit, nihilominus illo prestantior
 Isaac, et dilectione et hereditate paternae. Unde populus
 Iudaicus et Legis veteris, multo inferior, etiam in sua dures-
 tas fuit, quam sit. Eximius populus novi testamenti alumnus,
 Dei per gratiam filius, et eternorum Sacris honorum. Quae
 et illa deprecatio domine, qua saltem esse ancilla sobolem
 aliquam habere optaverat, Soc insinuat, veterem scilicet
 Legem timoris, evangelio gratia, et amoris infocuisse famam
 Latamque esse, veterique, ut dicimus, testamentum propter novum
 estitisse. Quoniam, dum novi testamenti partus differretur,
 quod necesse fuit, tum ob alias rationes, tum ut Davidica ho-
 minum pro dilatatione crederent; et post longam veluti steri-
 litatem mulier cum alacritate, et gaudio expectatus diu fi-
 lius reciperetur, tanquam ad solatium, speique confirmationem
 veteris illud fedus institutum est.

Sara igitur sterilis, et aetate multum iam provecata Soc insi-
 nuat, senescente mundo, atque in novissima eius
 aetate, atque supra naturam, et vires summas naturae

DA



* filium, nempe
+ ac populum

In mundo populum gratia, id est Christianum. Agar enim
cila in hoc aetate natus, et more pariter, ^{condicione} ~~populum~~ signifi-
cavit veteris testamenti, terra regentem, nec nisi terrena curam
aut capientem, talis enim fuit Synagoga, quae Lexa harent
ad Spiritum non penetrabat.

Populus
5050 m
in unum
ignis us
ly centia
duty in l...

Ex Sara gratia libera, ac domina, id est, ex novo testamen-
to, quod evangelio fidei et gratia continetur, natus est Isaac
Chus s. populus Agrippas vere liber, vere ingenuus, ac
vere filium Dei. Ex ancilla Agare, id est, veteris tes-
tamento, quod lege Moysaica conclusum est, ortus est popu-
lus iudaicus legalis, servili, ac timida condicione gradibus.

Populus chri-
stus liber et
genus.

Populus
servili con-
dione hinc
agnositi
re murari
contem...

Hic populus ager Sina montem quasi in lucem susceptus, in
Arabia sylvis educatus, in urbe tandem Jerusalem terra
crevit, sonantibus aurbis est, pace fruens, templo gaudens,
regna potitus; Sac nempe munera a Patre collata vana
culo, qui tamen ad perfectionem, quam optaverat optare,
non pervenit. Nihil enim ad perfectum adduxit. Heb. 7. 19.
Id enim maius opus quod fidei et gratiae reservabatur euan-
gelica.

40.

Pulchrum gratia novum melius prestantis, ac solennius, hinc
potentius deo, in Sione arante, caeli empyrei type, imitia
tum est, ac sanguine Christi confirmatum, et inde diffu-
sum, atque dilatatum totum per orbem. Hoc per Saram
praefiguratum populum genuit Agrippas, qui vere fide-
lis, Abraham verus filius, per Isaacum representatus,
fide imbutus catholica, spe invocatus divina, charitate
inflammatius ardentissima, immolationi libenter oblati,
ob adimplenda iussa paterna, particeps factus est Scandita
tris paterna, regni caelorum consorti, caelestis civis, Iero-
solyma, quae quondam sterilis, cum Christum non dum pe-
perisset, olim etiam deserta, cum homines terrena secta-
rentur, et veluti sine uxore mulier, quum Synagoga
gloriantur Dei muneribus, solamque se Deo curae esse
iactaret. cum tamen Dei mens & ama in ecclesia ^{esset} noni testam
quam unam principem ac dominam elegerat domus sua, cuius offi-
ministram atq; ancillam constituerat lepore veterem, hoc est iudae-
rum priscam Synagogam. sed hic potius ad conclusionem perquam
gravissima ac difficillima quae hinc hinc.

Novam rem
natum sole
nisi ubi sp...

Populus
ostendit ad
Fatum
ca. l'espera
red. m...
ny. ut fil
Dei, can
ascip...

h. Ecclis
in testam
veteri
sa primis
ac domini

Cur

Cur Ecclesia noui testamenti, seu caelestis Ierusalem Sterilis atque deserta dicta sit, ac sine Viro.

41.

Ierusalem supernam appellari videmus à D. Paulo Ecclesiam
nouu testamenti, quam supra conlare diximus, ac probauimus ex
militante et triumphante, tanquam ex duabus partibus, non semper
diuisi ac loco relinctori; sed hoc ordine, ut una crearet ex altera;
idem enim qui prius in terra peregrini fuerunt, ac in militia
suzpendia fecerunt, post in celo triumphant, et aeterna pace cum
suo duce, et imperatore Iesu Christo congaudent. Hanc vero
ecclesiam primum ex Iudaeis euocatam, et collectam fuisse sci-
mus; post vero ex ceteris omnibus orbis gentibus conuocatam,
copulatam, et multis magnisque partibus auctam, atque in
hodiernum diem videmus. Tam vero, in immensam cre-
uit ecclesia ex parte; ut tanquam ex solis gentibus coaluerit,
ecclesia dicatur Gentium. Non ^{quasi} gentiles sint ecclesiae
membra; sed quia ferunt, quasi materia, ex qua pedicque
constat ipsum corpus ecclesiae; quod per gratiam Dei, hoc
est, per Ipsi spiritum, animatur et uiuit. Cum vero
ecclesiae suus filij, non carnales sint, sed spirituales; non
certe natura vi, ac more, carnaliter gignuntur, ut Is-
mael; sed supra vires nature spirituales per virtutem
sacri et spiritualis lauacri; atque ex Dei verbo et promissione,
quemadmodum Isaac. Considerandus ergo hic populus ecclesiae
tanquam protoplastes factus è uno tercia, et spiritu Dei ani-
matus; tanquam partem habere à tercia. i. corpore, partem è
celo. i. spiritum et vitam. Coacta igitur est caetera partem
è tercia. i. ex hominibus peccatoribus, ethnicis, idololatriis; par-
tem ex celo, quia spiritum, et gratiam, qua uiuit spirituali-
ter, haufit, et accepit à Deo per sacramenta, sacrosque mi-
nistros. Hinc intellige quae ob causas Sac. mater nostra,
ecclesia, inquam, noui testamenti, dicta sit Sterilis atque deser-
ta. Quae appellationes pertinent ad illud tempus cum illa
dispositio Dei, quam testamentum nouum appellauimus.

42

non dum fuerat operi, et executioni mandata; sed illa aliter
disposita ad Sane gratia, sicut vetus testamentum, vigebat,
atque in suo stabat robore.

Dicebatur itaque sterilis Ierusalem celestis, sive Ecclesia, mater
non dum existeris, quasi filios non habens, nec habere curans.
Deserta etiam, quasi vicum non obruens, seu longe a vicis
existeris complexu; Synagoga autem sola videbatur vicum reti-
nere, sola Dei cognitione gaudere, sola ex se Christum regem
expectare, sola ex se mundi redemptionem paritura; reliquo
orbis gentium deserto, et abiecto, quasi ignaro cognitionis veri
Dei, et fallacibus sacris, sive execrandis Daemoniorum cultibus
addito. Et manigato.

Sterilis
hi ratio
in quod

14

Dicebatur sterilis atque deserta Ecclesia, quia gratia
quam venisset Saluator in mundum, ex ea parte, qua cognatio
nibus cogenda fuerat, deserta erat a vera Dei cognitione
a religione, et cultu veri creatoris. Sterilis, atque ingens to-
tius iustitia, ac bonorum operum; Sterilis inquam ac sine
ope prole spiritali, sanctitatis partuque, perque Dei Verbum quod
Imaginatissima, suscepit, et habita. Non dum enim fontes
gratie patefacti; nec dum caeli cataracta discissa; nec dum euan-
gelium publice propositum; nec dum Spiritus sancti plenitudo
super domos effusa; nec qui Sacramenta praestiturus expec-
tabatur, e caelis advenerat; Ut nova, et non carnalis, sed
spiritalis generatio in terris agnosceretur, et amaretur. Nam
contentionem istam non de carnali cum carnali, sed de
spiritali cum carnali sobole indicavit Isaias. Carnalis
enim Synagoga carnali sobole abundabat, de qua ex gloria
batur, Ecclesia novi testamenti carnalem non magis pendit
spiritalium diligit, agnoscatque progeniem. Unde quasi in
fulcans Synagoga, latere iubetur Ecclesiam quod illa addita
carnalibus longe a tergo relinquatur; spiritalium vero au-
da bonorum, ultra modum, superque mensuram, et numero auge-
atur, et amplitudine proficiat.

Sterilis
altera co-
gnatio

Contentio
lepi in
oon na
palmali
le, sed de
ri mali con
carnali

43.

Latere inquit, O Sterilis Sara id est, novi testamen-
ti Ecclesia, Ierusalem superna, celestis civitas, regnum Dei
Christi sanguine partum = quae non parit, nec conari
parere filios carnales, verumque amantes; quoniam plures
tibi

Isaias
miam de
tur ex
ac veris



tibi celitus dabantur filij spiritaliter, sancti, Deo adoptati,
 atque ad Saeculorum eternam delecti, quam fuerint. Primum
 carnalis filij. Agnis ancilla, Socia, veteris testamenti, atque
 Synagoga eius, seculis, quae gloria, et carabunda iudabat
 se complere gaudere. Vixi, nocet. Deo omnipotentis, in Abrahamo
 pro, significati, luce clara, semper splendore perfusam, imo
 vero implentes etiam glorificationem, et angustiam, etiam habere
 virum illum, de quo scriptum est. Hieron. Et. Thomae exivit
 Dominus super terram, femina circumdabit. Virum, quippe
 quae memorem. Interce. Sacerdotia de. Xpo. carnalis spici
 tualiter, adimplenda, non spiciat, sed carne morietur, et
 ad se duntaxat carnaliter, peritiam, adhibet.

Handwritten notes in the right margin, partially illegible.

44.

Dicit ergo Sterilis suprema civitas, Ierusalem, dicitur
 ut post quae ante Xpum nullum peperit filium, nullum rece-
 pit in gremio, nullum euangely, consilio, corde, natiuitate,
 nullum coelesti pane, nullum eucharistico poculo receperit,
 nullum sua, id est, aeterna luce perficit, nullum deique
 bonorum suorum inamissibile possessione donavit. Equidem
 sterilitas ob id praecedit, quia dicitur, ut intellige-
 rent homines, non solum admodum, sed et mundo, eam
 quasi renouare, atque adiuuare, quae de prosperante
 noui testamenti, filium, id est, mysterium, Christum, seu
 populum Christianum, haeredem, regni, caelorum, in terram, pro-
 diturum, Verum etiam, non de carnis, ac facultate natura,
 sed gratia adiutorio, opeque, spiritus, sancti, in ea, eundem, su-
 manam, consuetudinem, sed secundum, prophetia, oracula, et
 Dei, promissiones, mundo, fuisse, exortationem, calogae, oratione,
 rum, ut post, caelo, aduocatum, caelo, designatum, atque de-
 lectum, heredem, ac, civem. Hic videlicet, fuit, euangely,
 proles, gratia, filius, adoptionis, regni, regis, beatus, in, con-
 sois, noui testamenti, pollicitatus, Sars, inquam, et, Abra-
 Cami, id est, aeterni, Dei, vera, sancta, mulierum, disquetum
 do, expectata, atque, desiderata, progenies. Quare, licet, verus,
 ille, populus, quia, peccato, seruebat, et, tenebris, imbrabat,
 in, ancilla, facta, atque, ad, seruum, lege, tanquam, seruis,
 et, compedibus, fuit, constringendus, supplicique, muni, coer-

Handwritten notes in the right margin.

Handwritten notes in the right margin.

Handwritten notes in the right margin.

Handwritten flourish or signature at the bottom center.

conditio a malo, tamen novus populus, ut in propria gratia paten-
tibus, tanquam servitute exemptis, et nobis ratione dabitur ab
exoratoribus, vel tanquam e peccati servitute exemptis, et postquam
liberam aude donatus, aut liberis factis iustitia et charita-
tis, non nisi perfectionis vinculo, id est, amore et spiritus
in deum, et colligatur est.

Populus Ch-
stianus an
re collig-
tus, ut in
nunt.

45.

§ 9
+ Questio de antiquis Patribus

Sed priusquam rationes deducendi in ista premissa
dissolvo, necesse est, ut illam quaestionem expediamus. Nam
quod viri sancti, qui ante Christi adventum vixerunt, per
cum, vera fide, et Dei gratia decesserunt, tam illi, qui sub
lege vivunt, fuerunt, et prophetae, quam qui sub lege naturae
et patriarchae, perveniant ad novum testamentum.

Propositio
quaestio

Sanctificatio filij Dei, et novae aequae celestis Ierusalem ci-
vitas nominanda. Nam si ita faceretur, non apparet
differencia in ea, quae habet filios, nec dicatur diversa
civitas, quod bene dicitur, cum eo tempore, quo scriptis
de utraque praedicata est. Responso est affirmativa, et
ex subscriptis testimoniis apparet.

S. Anselmus affirmat

Anselmus dicit cap. 4. ubi dicitur: Sicut dicitur Antiqui
iusti, licet non testamentum pro temporis distributione
divinam datum, populo veteri, congruenter pervenerint,
tamen pro Dei gratia filij promissionis effecti sunt, et
novi testamenti heredes in oculis Dei consilio deputati.
Et paulo post: Quocumque, inquit, tempore sint, nec fuerint
ad novum testamentum pertinent, et potest filij liberae
dilectionis aeternae.

Anselmus
iusti quom-
tempore live-
runt ad no-
vum testam-
pertinent.

46.

Vera S. Aug.

S. Augustinus lib. 3. contra duas epistolas Pelagii aperit
dicitur, omnes iustos in veteri testamento filios esse noui
testamenti, quia eadem fide incarnationis, et passionis
Christi iustificati sunt, eodem spiritu, eadem gratia, eodem
et amore vixerunt. Idem lib. 1. c. 21. de peccatoribus et
remissis. Gratia, inquit, salutaris operata est in magis
sanctis, quicumque antequam in carne Christi veniret ad
eos tamen adiuvantem gratiam, non ad legis literam, quae
iubere tantum, non adiuvere poterat, pertinebant.

Augustinus
iusti om-
etiam de
testam-
filij noui

47.
Consentiri Barro

Barro dicitur tom. 1. cap. 1. c. 3. late ac diffuse

Sancti
cum in
per
ad gratiam
non ad
tam



ten

tendit eodem spiritu gratiae, et charitatis praeos, ac novos patres
praesumptos per Xpum, qui fuit radix non solum David, sed
omnium Sanctorum Patrum; à qua succum vitae gratiae omnes,
tquam rami à radice arboris traxerunt. Antiquis vero et
novis populus, tquam duo Cherubim, inquit, propitiatorium,
id est, Xpum semper intuebantur. Imo omnes homines quous ex
loco, quocumque tempore, qualibet ex parte Xpum, velut serpentes
dorem albi in cruce sublatum, salutis causi respiciant.

Gab. Vaziz in B. P. d. 88. c. 2. affert omnes iustos
ab origine mundi, tam veteris, quam novi testamenti fuisse ve
re filios adoptionis, etiam pro tempore legis, sine naturalis, hinc
scripta; quippe cum adeptis eadem sit, atque iustificatio; certum
vero sit ante Xpi adventum multos iustos ac sanctos fuisse,
quod autem illis hereditatis differretur adeptis, atq. possessio, ^{† adeptio}
ad Xpi adventum, nihil obitare perfectae adoptioni, de cuius
ratione non est, inquit, possessio, sed ius ad illam. Ut patet in
adoptione humana, imo in naturali etiam filiatione. Verum enim
dicunt, atque est filius, antequam consequatur, et adeat pater
nam hereditatem. Imo potest eam amittere. Licet autem ex
meritis Xpi fuerint fides, et gratiam charitatemq. obine
rent, qui iusti fiebant, tamen iusti de causis ad eundem Sa
hereditatis tempore ad adventum Xpi usque differrebat. Non
audierunt vero, inquit, Alexandrum ac Dom. Solum qui ali
ter docent; ex hoc videlicet decepti, quod non statim eis ad
veniret hereditas. Ex hac enim opinione sequeretur necit
brahamum, nec Iobum, nec Davidem, imo nec S. Virginem
Mariam ante adventum Xpi fuisse perfecti filios adoptivos
Dei. Siquidem non dum erant in statu hereditatis adi
picenda. Certe Rom. 9. dicitur. Qui sunt Israelitae, quorum
est adoptio. Quod Paulus Rom. 8. antiquis patribus tribue
re videtur spiritum timoris, ac contra spiritum adoptionis
filijs euangely, ita intelligendum, ut, vel solis ijs qui ex
timore legem servabant, conveniat, ut dicit August. vel
certe spiritum timoris, vel in timore vocat legem exereit
sonantem, et penam transgressoribus cominantem; quod
proprium servorum est; spiritum vero adoptionis dicit fidei
spiritum virtutis momenti ad amorem virtutis, et legis obser
vantiam. Itaque et illi servus convenit spiritus adoptionis

48.
Confirmat Vaziz

49.
Rejicitur opinio ista

Locus Pauli explicatione

§

quem obtinent iusti; et tunc etiam Spiritus timoris qui premit
eis, quibus dura est Lex, et reluctantur mandatis, imo et iusti
etiam nunc in ipsa lege exercitii manente recipiunt Spiritum
timoris;

50.

Cum vero dicit Galat. 4. Quandiu Serei paruulus est,
nihil differt a seruo; non infort illum tunc esse seruum, sed
seruum videri; nam addit statim. Cum sit Dominus omnium
certe et vere filius; Deinde cum ait Non cum effemur par
uuli sub elementis mundi Serei eramus seruientes. Intelli
ge, Videbantur seruire sub Legi ceremonijs, et sacrificijs quasi
paruuli sub auidimentis prospicientes se peccatores, donec veni
ret Xpus, qui pretium persoluit, in cuius spe erant illi
iustificati; et liberavit omnino a Lexa Legi; et apparuit
eos vere filios esse per fidem Xpi; quam professi fuerant,
persoluto iam pretio sua redemptionis; quam sperantes gratia
Dei accepta iustificati fuerant.

Gal 4. 1-2
quasi sub Lex
filij erant
serui videtur

51.

Combat ergo Prophetas, Reges Patriarchas, et ceteros
nos iustos, qui ante Xpi incarnationem existerunt, quous tem
pore, ac lege, ad nouum testamentum pertinere; verique filios
Dei adoptiuos fuisse; et caeteri Ierusalem cines, sine ecclesia
nouo testamenti nominandos esse liberos. At quomodo ma
ter, si Sterilis? aut cur Sterilis remater? Respondes Suis
Sponse viri fuit Xpus, ex quo Sabut quotquot suscepit liberos;
dum autem Verbum discubuit suum aduentum, dum sponsalia
non celebrauit in vero Virgini factus homo; licet sponsa in
aerina predestinatione esset designata; tamen non dicebatur
habere filios, aut parere; postquam autem Verbum caro fac
tum est; et non modo sponsalia celebrauit, sed et iuramento
monium spirituale confirmauit in cruce; tunc cepit ecclesia se
recognoscere matrem filiorum letantem. Tunc admirata multi
tudinem credentium in Xpm. quia ait, genuit mihi istos.
ego Sterilis, et non pariens, transmigrata et captiua, et istos
quos enutriuit; ego desolata et desolata et isti. Vbi erant?
Respondit Anselmus supra, In occulto Dei consilio deputati;
ut saluet; et saluati suo tempore suos agnosceret et Sion
filios per suum Sponsam adoptiuos.

conclusio ex
plicata.
Antiquus
res, iusti ad
opini filij
noui testam
ecclesia in libe
Obiectioni
occurritur.

caeteri tam
saltem sine ec
clesia in Alex
na prouide
natione sp
sa Christi et
An, non fil
tur habuit
filios domi
in mate
caeteri mat
est, matrem
suam.
Isa. 49. 21. 22.
27.

+ agnosceret

52.

Et si vero (ut Vazquez probauit) semper fuerint filij adop
tioni; quia tamen per Xpi merita fuerunt adoptati; non ante

Pater an
adoptat per
matrem, non
iustitiam eius
saltem ecclesie
et aduentum



(nunc)

numerantur inter cives celestis Ierusalem, quam Christus ve-
nisse in mundum dicitur esse. Imo in eo citat ep. ad Heb. citat su-
pra cum enumerantur Ierusalem celestis cives, primo Angeli,
deinde Christi Apostoli, post veteris testamenti patres recensentur;
quasi socii potestatis, quam Apostolos ecclesia mater sus-
cepit, et agnovit. Christus itaque principium fuit, et radix seu
caput omnium filiorum ecclesie; et supra hoc fundamentum
omnis structura spiritalis supererexit, ad summumque fastigium per-
venit; ideo nemo ante Christum filius ecclesie nominatur, quia
neque ipsa ecclesia ante Christum fundata fuit. Siquidem hic pri-
mus lapis, super quem alii omnes suppositi sunt. quemadmodum
enim centrum medium tenet, ab eoque proceduntur lineae
universae versus circumferentiam, quem appellamus circumferentiam; ita a
Christo omnis emanat ecclesie structura. Nemo autem implet occupatue
corpus illud circumferentia contentum, qui non exeat a Christo
et per eius meritum, perque eius dona gratia consistat in corpore
mystico ecclesie.

Neque mirum videri debet quod dicimus, cum genera-
tio de qua loquimur, non carnalis sit, sed spiritalis, ac per
electionem, et adoptionem; in qua fieri potest, ut filij tempore
precedant, et etate sint maiores suis parentibus. Quare ut
inbi antiqui sint Christi Salvatoris generis humani filij, et
ecclesie christi, sive Ierusalem celestis cives, nihil obstat
multo eos ante tempore in hoc seculo vivere.

Illud etiam non est dubium dici solere civitatem ante
quam sit, uti dicitur sponsus, et gener, antequam sit, ut su-
pra ostendebamus hoc c. 4. v. 5. Satis enim est, ut futura
sit res, vel in mente sit concepta, ut de ea loquamur. Pre-
terea civitas non solum dicitur deserta, cum nullum retinet,
sed etiam cum magna civium inopia laborat. Similiter de ma-
tre loqui possumus, neque solum dicemus sterilem, quacumque
peperit, sed que unum vel alterum dumtaxat peperit, ut
Rachel sterili dicitur, que solos duos peperit, cum sorore Lia
composita, que peperit septem. Nunc responderi potest ad ratio-
nem dubitandi in principio sui theoriae. Dicitur enim est
ecclesia sponsa Dei, et civitas, quia futura sperabatur; eratque
in mente, vel (ut dicit Augustinus) in Dei predestinatione.
Item dicitur sterili, vel quia paucos habere filios, secundum

53.

+ saltem extraordinario prin-
cipij decreto;

+ 54.

§. 10. Rationes
dubitandi solvantur.
quae initio theoriae sunt
positae.

nonnullorum opinionem; Vel quia nullum diu peperit, aut ex
 pectavit parere; Vel quod magis placet, quia in natura, et poten
 tia carnis ad concipiendum, pariendumque carebat; et dum easat
 peperit virtute divinitus data suos spirituales. Concedimus
 ipsam ecclesiam esse conuocationem multorum; sed quam mente
 conceptam habuit Isaias, antequam se ipsa formis esset, aut cer
 neretur effecta; sicque conceptam appellauit sterilem; Tum ^{sterili.}
 ob alias causas, quas tetigimus; tum quia carnaliter parere non
 erat apta; vel certe, quia sic paritura non erat. Dicta etiam ^{AA. 2.} deserta ^{Deserta}
deserta; id est, quia sine viro, filijque carnalibus; reliqua
 paucos haberet spirituales liberos; Vel in statu priore, id est
 latius scilicet, vel genari, derelicta videretur a Deo, sine ^{AA. 3.}
 viis que ire possit vias suas. Illa promissio ^{AA. 3.} Christi ^{Matth. 16. 18.}
ad statum pertinet ecclesie Christiane; quam nunquam neque
 deseruit, neque deseret sponsus suus Christus terti dominus
nostrus.

[Faint, mostly illegible handwriting in the lower half of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]

An Xpus possit dici primus Ecclesid. I.
caelestis Ierusalem filius, atque Virgo
Maria omnium filiorum Dei mater.

Hoc Isaia natiuitum Saræ sterilis est cum primum im-
plexum est cum Xpo Iesu recens nato angeli de celo nouum continen-
tes ac diuissimum melis pastoribus Bethlehemiticis; iudus in soli-
tum et inusitata claritate conuulsis regionibus Orientationibus, eius
natiuitatem denuntiarunt. Tunc videlicet mundus spem mundi
mundo exortam vidit; tunc desiderium collium eternorum, regem
inquam, a seculo desideratum; et diuinis desiderijs expectatum
a cunctis orbis nationibus, obuijs suis amplexus est. Tunc Saræ
sterilis, procreta iam etate, et quasi spe gignendi derelicta, non
di natura, sed diuinitate concipiens, non humano more,
sed supra humanas vias, Deo manu obstetricumque gaudium edi-
dit mundo; quoniam (ut melius dicam, certe clarijs) luminosa
maris stella semper integra lucem veram peperit mundo. ^{Tunc}
Ierusalem caelestis sterilitate finita matrem se esse cognouit; tunc
summa cordis incanditate, incredibilique exortu claritate per-
fusa, ex suisque sedibus pene effusa, angelica voce, et lingua caelesti,
detanto, tam diuine expectato bono, parenti ac conditori suo
palam publiceque congratulata est.

Saræ (quis ambigat?) Beatissimam Mariam semper Vir-
ginem prodignatur; Afferunt in Gen. 21. 6. Martinius delatio
et Cornelius a Lapide. quibus inquam, B. Maria, si Virgo, ex
eo sterilis. At quomodo natura sterilis! non mater. Quæ scilicet,
Et re sterilis Virgo. Non enim secundum naturam leges Virgo
magis quam sterilis parit. Propterea (ut ait August. de ciuit.
Dei.) Vesta Dea olim Roma dicata virginis, steriles ni-
mirum sterili. Ignis namque inter omnia elementa solus ste-
rili. Nihil enim ex se recipit, sed omnia consumit, Vesta
vero ignis erat. Verum B. Maria electissima quidem ac
voto sterili, uti et Virgo. Hoc idem videtur angelus Ga-
briel confirmasse, cum, testimonio sterili cognate Elisabethæ
Iohannis Baptistæ matris, fieri posse comprobauit, ut Virgo
integra manens diuinitus conciperet, ac pareret filium Dei.
Igitur non est dubitandum per Saræ sterilem expressam in

Sp.

+ Quod pro certo, & indubitate supponens S. Ambrosius primus Latina Ecclesia doctor In lib. quem Instituto Virgini inscripsit, ad Eusebium, sic de ipsam Virgine alloquitur, non miribus Eva & Sara typicus seu allegorice eam compellans. Veni Eva iam sobria; Veni Eva, etsi in te aliquid quando intemperans, sed iam in prole lesuna. Veni Eva iam talis, ut non de paradiso excludaris, sed rapiaris ad celum. Veni Eva iam Sara, quae parios filios non in tristitia sed in exultatione; non in marore, sed in suavia tibi multiplex nascatur.

Hec Ambrosius, ex quibus liquet & Evam & Saram quasi umbras = pressissimas quae Mariam adumbrant, illa ut matrem viventium, hoc ut veri, hoc est le su chri filij Dei genitricis. Sed aucti amabo te lectu.

Eva typus Maria, ita Sara.

Isaac Chri typus.

+ Quis enim negaverit vel Anibalem imperatorem Carthaginis esse civem Carthaginensem, vel Iulium Caesarem Augustum impetratorem, vel ipsum Romanum civem fuisse Romanum? quibus enim congregatio eorum quos continet et summum premio facit mater dicitur, quia matris similitudinem habet. Atqui cum Sara Ecclesiam, Isaac Xpium adumbrat, sicut Isaac Sara, ita Xpus ecclesia, nuncupatur, opera precium est, filius.

typo veteris testamenti Beatissimam Genitricem Dei Mariam semper Virginem. Hec eadem Ecclesiam sterilem atque virginem representant; et pote quae mater est filiorum Ecclesiae, uti et mater etiam Xpi; qui filius primogenitus Ecclesiae, Hesp. el mayorazgo de la Iglesia, caput, Rex, Pater filiorum omnium Ecclesiae. Sed saepe miraculum: idem est filius ac pater. Quid? Eadem mater ac filia. Maria Xpi Iesu mater, quia ipsum peperit. Eadem et filia, quia Xpus Iesus Pater futuri saeculi, id est, Ecclesiae Christianae; cuius Ecclesiae membrum, atque nobilissimum membrum. Virgo. Ergo Xpus Dominus homo Deus, quia homo filius est Virginis, quae Deus Pater est et conditor Virginis. Similiter quatenus caput est et conditor Ecclesiae novi testamenti, parus est ac si licet dicere) civi, atque adeo filius Ierusalem Ecclesiae; quatenus institutor, ac fondator rex est. Pater et dominus eiusdem sanctae civitatis. Non est enim negandum singulos, qui contribunt civitatem esse membra, atque adeo civis, et filius eiusdem civitatis; sicut institutor et conditor. Somnium dignumque pater dicitur quam filius civitatis, quem administrat et constituit. Cornelius aliter ostendit Xpium esse Ecclesiae filium, scilicet, quod in mente Dei, atque idea divina Ecclesiae quodammodo fuerit prior, atque ita mater Xpi; sicut Moses, licet fuerit Synagoga fondator, atque adeo Pater, tamen dicitur eius etiam filius, quatenus in idea mentis divina prior existit Synagoga. Sed non est opus ad antecedentem ideam recurrere, cum haec denominatio metapho- dica, nec referat quae qua perfina, vel parte, ut tempore aut opere prior posteriorue.

Tam ad rem de qua quaestione institimus, propriis accedamus; cum Maria Xpium profuderit ex utero, veluti sol illud aethere lumen clarum demittit in terras: tunc vera sum. Sic est princeps ac domina mundi verum Isaacum, id est, risum et gaudium superata sterilitate Luca dedit; et ecclesiam Ierusalem primogenitum peperit. Enim vero cum Verbum Dei spon- sam duxit naturam humanam, et Ecclesiam sibi unice constituit, Maria Virgo diuinitus electa est; quae et humana natura, atque Ecclesia novi testamenti, sicut Ierusalem superna par- tis, vicem gereret. Quae Virgo ipsa munusculum accepit a Deo,

Maria ecclesia figura

Maria multa ecclesia

Christus ecclesia

Rex ecclesia

Cornelius

57

Maria ecclesia integra

Maria parus ecclesia



numi

ti umbra. Sara spiritu sancto afflata prae dixit, Gen. 21. 6. Gen. 21. 6.
Risum, inquam, fecit mihi Dominus, quicumque audierit cordi
debit mihi. imo Angelus, qui Dei nomine Saram inuifit, eos
 angelos praesignificauit, qui in ortu Saluatoris agros Bethleem
 canticis, et festiuis uocibus, atque gratulationibus impleuerunt.
 Elisabetham tunc Maria corripit, et congratulata est, cum
 exultante in uero filio, id est, Ioanne Praecursore ipsa
 pro gaudio exultans. Unde mihi ait, Ut veniat mater domi
ni mei ad me? Cui respondit nota ac uera Sara, plena
Deo, Magnificat anima mea Dominum, et exultauit spiri
tus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem
ancilla sua, Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes
generationes. Confiteor B. V. M. non solum Elisabetham
 sibi congratulanti, corripenti, gratulationis officium persoluen
 do propheticum Sara uaticinium impleuisse; Verum praeterea
 in uersas mundi nationes in diuum, alij alias succedentes
 similiter corripendo, et congratulando, diuinas laudes ex
 tollendo completuras. Quam praedictionem suam paulo post
 oculis suis uidit iam iam inchoari, et de ipsa praestari;
 cum non solum angeli, sed homines etiam infantes
 Iesu natalitia celebrare festinauerunt. Tunc pastoribus
 ad praesepe, id est, ad unabula filij sui admirantibus, Re
 gibus praeterea mystica offerentibus munera, adorantibusque
 suppliciter, quem ipsa tenebat manibus, saltabat uerbis
 filium, accipiens tam uoces primitiarum ma
 rijulos ex Gentibus ad ecclesiam conuenientes, filiorum Re
 gendam agnouit agminibus latantium, ardentium, et con
 gratulantium, tanquam parenti. Unica totius mundi, et
 ueris, uerique, hoc est, ueri Isaac, non modo matris,
 sed etiam GEOTOXO, Dei, inquam, uere Genitrici.

Sara uero
cognouit
matrem
suo p
implet

Elisabetha
congratula
ta est Ma
ria.
Angeli et
an
Pastor.

Luc. 1.
43.

Maria
notit
suo p
Sara u
cognouit
implet

Reges primi
gentium
populi
hatur
in laudibus

Conclu

59.

Constat ergo quemadmodum et Christus sit primus
 filius ecclesie, primus cuius Ierusalem caelestis, ut simul,
 imo potius, sit nominandus institutor, et auctor, rex atque
 imperator. Maria autem Virgo beatissima, et mater
 sit omnium filiorum Dei, simulque Regina, et imperatrix
 regni caelorum.

Ver. 28



V. 28. Nos autem fratres secundum
Isaac promissionis filij sumus

Allegoriam explicando, applicandoque continuat, ut particula continua
tunc autem, infirmat, distinguatque (ut ait Chrysost. quem sequitur
Scarp.) et declarat quomodo cetera prius scripta, mater sit facta,
scilicet non per naturam, sed per promissionem, et gratiam. NOS,
qui Xpm, eiusque euangelium, fidemque tenemus, ac profitemur, omnes
scilicet Christiani; etiam vos Galatae, si in fide permanetis, si post
lapsum resipiscitis. Solet Apollolus prima sui persona, cum vel
boni aliquid ominatur, vel de iustis et electis quidpiam affirmat,
quod sic faciendum monuisse Augustinum, etiam Iustinianus
sui admonet. Vix ut notauit Hiero, item Ambrosius et Irene-
us sequuntur vos autem in secunda persona, sed non ad id bene.
Nupta lectio Sexti. s. probata est, et caelestis mandato sequenda.
Fratres vox amoris, et benevolentiae conciliatrix, quasi eos com-
plexu velit in fide tenere. Secundum Isaac id est in
Isaac representati, ac promissi, atque adeo promissionis filij sumus
quos nempe non natura, sed gratia, non vi humana, sed
Dei Verbum promittentis, fidelis Abrahae, imo etiam patris
filios fecerit, Ecclesiaeque per Saram expressa voce liberos. Su-
mus, inquam, non Ismaeli more hominum, naturali vi geni-
ti, similes. Sed Isaac ad similitudinem, atque exemplum
ex promissione Dei, et supernaturali virtute gratia, hoc est,
non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate
viri, sed ex Deo nati. Iuan. 1. 13. Vide Rom. 9. 8. non
qui filij carnis, sed filij Dei; sed qui filij sunt promissionis ab-
stantur in semine, quasi dicat, non Iudaei carnalis, et legis
veteris tenaces representati in Ismaele, sed spirituales Xpi
sectatores, nimirum Christiani in Isacco adumbrati, pertinent
ad semen, cui benedixit Deus in promissione Abrahamo facta.
Seruand. Promissi enim Deus Abrahae filium Isaac,
et cum eo Verum Xpm, a quo tanquam ex vberissimo fonte in
omnes nationes diuina benignitatis deductis facienda erat.
Omnes denique promittit Abrahae filii in eundem Iesum Xpm
similes, atque imitatores. Isaac significat diuinum, atque adeo de-

1.

2.

presentant eos, qui non ex tribuna, aut ex necessitate, sed cum Le-
ticia seruiunt Deo.

Summa allegoria.

3
1
Isaac per regenerationem natus, non per generationem significat fi-
lii gratia, cuius civitatis libera, socius pacis aeternae. Et quia
hoc non per generationem, sed per regenerationem futurum erat.
ideo tunc imperata est circumcisio, quando de Sara promissus est
filius. Circumcisio igitur significat naturam exuta vetustate nova-
tam; eo quod omnes filios, et seruos vernaculos, et imperitos circum-
cidi iubet, ad omnes istam gratiam pertinere testatur. Ob cuius autem
dies Xpium qui post sabbatum resurrexit parentum mutantur et no-
mina, omnia resonant novitatem, et in veteri testamento obum-
bratur novum, et in nouo revelatur veteri testamentum.

V. 29. Sed quomodo tunc is qui secundum
carnem natus est, persequabatur eum qui secundum
spiritum, ita et nunc.

V. 30. Sed quid dicit scriptura, Eryce ancillam
et filium eius; non enim Eares erit filius ancilla
cum filio libera.

1.
V. 29. Sed quomodo est? ^{scholia} Chrysost. intelligi hic occurrit obiectio. Chrysost.
Quaenam ista libertas? siquidem Iudei persequuntur Christianos
quos dicit liberos? Non istud nouum, cum in figura pra-
cesserit. Ismael enim persecutus est Isaacum. At Apolo
suis subtrahit, quod vult conficere, nihil cum lege esse debere
fidelibus Xpi; sed ab ipsorum usu, et consuetudine prorsus
illam exheredandam. Ut pote quae, ut typice praecessit in
Ismaele, negotium faceret euangelij sectatoribus. Quomodo
nota similitudinis, tunc in domo Abrahami, is qui secun-
dum carnem id est, naturali vi, et communi, ac consueti om-
nium hominum more conceptus, et natus est, Ismael seruis,
ac seruilem conditionem ingenio, ac moribus representans, per-
sequabatur, ac male vexabat, ut apparebat quidem per Adam,
ac locum, ac vera serio, et prauo animo. Cum, Isaacum
ingenium, primogenitum, dilectum, Sacerdem, qui secundum
spiritum

Spiritus id est, Dei dono, gratia, et efficacia Spiritus sancti
sicut promissus, ita et conceptus, et natus est, proter matris anus
effusa vixit; ut in eo Spirituales benedictiones compleverentur. Spiri-
tualiumque esset filiorum Dei norma, et exemplum. Ita reddere nota
similitudinis. Et nunc. in ecclesia catholica, et maxime
apud vos o Galatae, populus Iudaicum ex litera, et caeremonij
Legis efformatus, carnalis nempe Iudei, ex quorum numero
sunt isti pseudo-Apostoli inter vos agentes, instar Ismaëlis mo-
lestium exhibent Christi auctoribus, Spirituibusque Dei filiis; quales
et nos sumus, et vos esse cupitis, ut esse cepistis. Isti enim
quibuscumque modis valent Legis dubia studio, studiosos euangely
insectantur, milleque afficiunt iniurijs; certe molestissimi sunt.
Ut hinc appareat quam apte allegoria typi, umbraque ad pro-
positum sunt accommodata. Sed qua consolatio in tam acerbis
insectatione? quod effugium presentium malorum. Attendite
Frustra enim omnes intentant, in casum praelia cient.

130. Quid dicit scriptura. Gen. 21. 10. Verba sunt;
qua subiunguntur matri ingenuae, Sara, inquam, primaria uxoris
Abrahami, et non sine numini consensu, imo iustitiae, iusti-
tationeque prolata; ut pote qua verba longius ad nostra usque
tempora respicerent, quorum temporum figura tenebatur. Ejice
inquit, propelle, exheremona, e domo nostra, et contubernio,
ac concubitu Isaac filij mei, ancillam, istam Agarrem
et filium eius. Ismaëlem, vernam, intrepidum, audacem,
virutum, et invidium. Cur ita? Nam dei Sara duxa, ac
difficilis heres, et patri. Ita equum, ac necessarium probantes
Deo, atque imperante. Gen. 21. 12. Prudens quippe mater
animadvertens fallacem, et dolosum animum servae Ismaëlis;
qui matris maior facile videbatur posse invidijs, ac technis in-
aerum Saredem proprium supplantare, aut vi aperta de Sara
dirabe deijcere; provisum, et cautum illi opportunis Soc remedio
voluit. Addit itaque. Non enim Sara erit filius an-
cilla; qui omni iure Sareditarius ob servilem conditionem
exclusus est, cum filio libera, ad quem ius integrum
pertinet omnium bonorum: Vel certe maioratus, ac primigenij?

Sara dixit Cum filio meo Isaac. sed Apostolus sensum retinuit et explanationem addidit, cum pro meo Isaac, retulit, libera filio. Si nimirum ad rem propositam respexit, brevitati que in sublimi maiorem declarationem allegoria tacuit, quia facilis erat accommodatio. quam sic Sabes. Eiecta Agari cum filio regre sentabat servilem legis observantiam cum ijs, qui eam pertinaciter, et obstinate colebant, ex domo Dei, id est, Ecclesia catholica ejiciendos; Iudeos, inquam, carnales (et quicumque eis similes sunt; qui vel legis Mosaiica corticem secuti, vel sine Xpo vitam instituentis, carnales quasvis observationes retinunt) a conspectu omnino fidelium, et communicatione gratiae excludendos, atque ad eos caelesti, et aeterna hereditate abdicandos; quam Agari in Isaac praesignatus, et Agari vira in fide eius perseverantis, iure optimo possidebunt. Hunc dominus respexisse videtur cum Joan. 8. 35. ait. Servus autem (Ismael inquam) non manet in domo in aeternum, filius autem manet in aeternum, Ihs scilicet in Isaac adumbratus

Allegor. exp.

Joan. 8. 35.

Theoria in V. 19.

Circa Verbum persequabatur

4

Questio valde implexa varietate opinionum sic discutienda est, circa verbum illud persequabatur, quod videtur pugnat cum eo, quod origo est, Gen. 21. 9. 10. quem ad locum Apostolus alludit quemque interpretatur. Non enim apparet quomodo, aut quare Ismael fuerit persecutus Isaacum. Ideo namque Sara expelli domo iubet ancillam cum filio, quia tunc videtur ludentem cum Isaac. At quid hoc? Quid moritatis, aut iniquitatis in puerorum ludo? quibus tam sit proprium ludere tanquam ingenium. Et. Παις αὐτῶ τῷ κέζω το αἰδ, αἰδ puer, quasi ludens vel lusus et totidia ludis, ac quodlibet no- Gen. 21. 9. 10.
minetur, et Hesp. mōera, ut ludona, seu puerilis. Imo
Quintilianus egregius sane pedagogus lib. 1. inst. Nec me
inquit, offenderit lusus ingenuus, est enim et Soc signum
abovitatis. Dubium non est quin hoc ludus iniquus fuerit et valde nocuus ingenio pueri, ut mater animadvertit,

Παις αὐτῶ το αἰδ, αἰδ

Quintilianus lib. 1. inst. Soc signum

§

et

De Persecutore Isaaci. Ismaele.

174 1249
539

et divinus Apostolus est interpretatus. Sed illud connover
 sum in qua circumstantia peccatum latuerit. Nam sententia
 cum multiplex diversitas rem libenter credidit. Omnes tamen
 verbo nituntur Hebraico פנח tsachag. Unde Metsacheg
 participium. quod ludentem interpretis transtulit. Vrijas Apoc.
 2. com. 3. selt 2 numerat sex accipiones illius verbi tsachag.
 minimum ludere, ridere, irridere, occidere, idolatriam exercere
 aut rem veneream. Unde septem commemorat opiniones. ipse
 vero maxime probat, duas, quae ad idolatriam, seu lasciviam re
 feruntur Ismaelis; et priorum quidem, quae quorundam Docto
 rum Hebraeorum esse ferunt, refert Hieronymus. Irenaeus, Hys
 Card. nec negabant; alteram confirmare videtur Hos. interlin.
 imo Figurina et Daraab. qui non ludentem, sed lascivientem
 transtulerunt. Sed utramque refutat notus Pererius cum Abulen
 si, et Burgerfi. Nam Verbum, inquit tsachag. neque idolatriam
 neque veneream lasciviam, neque vero (ut probavit Irenaeus) occi
 sionem significat in sacris literis, ut facile liquet in locis expo
 sitis, qui ad eam sententiam probandam citari solent. Exod. 32. 6.
 Irreverunt ludere, id est, ludos exercere proprie significat. Gen.
 26. 8. Abimelech. vidit eum (id est, Isaac) iocantem cum Re
 becha uxore sua, non aliud fuit ille iocus, quam quod donette
 fit etiam palam inter coniuges Hisp. utocar 2. Reg. 2. 14. In
 dant coram nobis, Hisp. Salgan a escaramuzar, Tuzen alas
 Espadas. quod non est eo fine, et intuitu ut occidant se
 mutuo; sed ut vires experiantur, et alacritatem pariant
 spectantibus.

Igitur ipse Pererius cum oleabes Gen. 21. 9. ludentem.
 id est, iridentem illudentem subornantem interpretatur.
 Sic Daraab. qui in textu novo vertit lascivientem, in rcho
 li interpretatur ludentem iridentem. Eman. Sa addit
 iridentem, et deprimatum contendentem. Marit. del. dno
 amare, et petulanter illudentem affligentem. Haec enim
 omnia significata cadunt in Verbum Hebraicum tsachag, et
 in Latinum ludere. Hisp. etiam dicimus Jugar, buclar, re
 tozar, escarnecer, escaramuzar, don cordelozo y matraca. Haec
 omnia licet cum nonnulla differentia verbo ludendi significan
 tur; et saepe tam moleste fiunt, ut solum distinguatur nomine

[Faint handwritten notes in the right margin]

3.

[Decorative flourish or signature at the bottom center]

a persecutore, qui ita ludit, cum re ipsa persequatur affligatque.
 Ergo Ismael filius Abrahami duodecim annis maior natus <sup>(Ismael natus
18. nempe attigerat, ut refert Sa Gen. 21. 9)</sup> Isaac dicitur <sup>18. annis
Sa</sup>
 non, qui annorum quinque ablatatus est, tanquam prius ipse
 circumcisus, et primogenitura dignior, vel per se illudbat, vel
 pueros alios ad illudendum acuebat, ut Caiet. exhibimavit, Ven Caiet
 dicens nempe sibi primogenituram ut probare videtur Hiero. s. Hieronymus
 vel principatum arrogans in domo paterna, ut indicavit Chrys. Chrysostomus
 sicut super Sunc locum Pauli, Et Proverb. 10. 23. Si moribus Bon. 10. 23
 consentaneis dicitur. Quasi per risum stultus operatur seclus
 et 26. 18. 19. Quasi noxius est, qui mittit sagittas, et lanceas
 in mortem, ita Vir, qui fraudulentem nocet amico suo, et cum
 fuerit deprehensus dicit ludens feci. Sic Ismael se genuit forte
 cum fratre, ut deprehensus posset obrepere ludum et rivos
 non magnificandos. Sic August. in Ioan. tract. 11. de Sac. Augustinus
 re loquens, illa, inquit, Lurio illusio fuit, illa Lurio deceptio
 nem significabat. Augustinum secutus est. S. Thom. Et S. Thomae
 S. Anselmus. Plus, inquit, persequitur qui illudendo seducit.
 Iudebat itaque Ismael, et inter ludendum paulo molestior
 erat, Coniuium enim iridebat, ac despiciebat eius causa
 ablationis factum; tanquam in iocando erat infensus, ut
 (quod Auctus in Caten Gen. apud Lipomanum, Et in annot. Auctus.
 70 Gen. 21. admonuit) iam pugna videbatur, et insectatio.
 Ut vidit, doluitque mater Sara, et Apostolus noster de
 clarauit; dum inquit, is qui secundum carnem persequatur
 eum qui secundum spiritum natus est. Persequatur qui
 dem quasi per ludum; sed animo prauo, et nocendi ^{quido}
 nec tam ut luderet, ac rideret, quam ut illuderet, ac vexa
 ret, perderetque. Sic 2. Reg. 2. 14. Pueri Iob per
 ludum occisi sunt mutuo, sic David dicitur Ecclesiast. 47.
 3. cum leonibus lussit; quot interfecit quidem 1. Reg. 17. Sic 1. Reg.
 gladiatores, atque canibae Roma ludentes se se interficiebant:
 sic canes cum felibus, felis cum muribus ludere consueverunt.
 Quod autem Verbum trachay significet illudere illuden
 doque vexare et persequi, manifestum est Gen. 39. 17. Na <sup>Gen. 39.
140. 17.</sup>
 57. 4. 2. Machab. 7. 7. 10. 13. 15. quibus in locis Verbum <sup>2. Mach.
7. 7. 10.</sup>
 idem trachay reddunt per verba ludendi, illudendi, et de <sup>per
112</sup>

grandi, quod egregie ostendit Mart. del Rio Gen. 21. 9. et
 Justinianus Soc. loco. Igitur cauta mater, et vnicuique filij amanti
 fama non tulit arrogantiam veruaculi, contemptumque sui nati
 promatrua fuga vindicandam rata est. Veritas enim est ne
 grandior Ismael mortua ipsa, se se in paternam hereditatem
 inuicuarer, ut vel ex aequo vellet cum fratre simul cadere
 vel excluso Serebe per vim sibi totam vendicare; nec animus
 pertimescebat ne serui mores graui, ingenium feroc ad vicia
 propensum ex familiari consuetudine Isacco adhaerere
 eiusque simplicitati nocerent; itaque prudenter, et oportune et
 patrimonio, et saluti, et moribus filij consuluit, dum ad omnia
 sua occasiones malorum procul amandare studuit, ancilla ma-
 tris cum filio famulo foras ablegatis. Quod egregium factum
 Viram hodie multi imitarentur (alii nomine Christiano
 digni) qui seruos ancillasque peiores tolerant, pestilentioresque
 reuocant domi, contra Domini mandatum Matth. 18. Si
 pes tuus, vel mansus tua scandalizat te etc.

Cauendum a famulis inuicis,
 mancipijque sceleratis.

Theoria circa V. 30. 7

Num eicienda fuerit ancilla propter filium
 ex propria Domini domo?

Sed quare adhuc fuerit licet Ismael exilio multandus per
 petuo: Cur tamen patitur eiectionem mater eius Agar? Quid
 peccauit ancilla fidelis? Quid secunda uxor Abrahami com-
 misit? ut contra fidem coniugij contraque charitatem maritalem in-
 uia, et pudicitiae discrimen ableganda sit? Ad Soc. 1. respon-
 det Martinus del Rio quem sequitur Corn. Gen. 21. 9. ex-
 condusse Saram in ancillam, quod intempetuosos ludos, san-
 guinem, et insolentiam, atque petulantiam filij non, comperendo, repressit
 ut. Adde cum Perens ibidem, Dei iussu id factum esse
 factum, nulloque detrimento matrimonio; quod non quidem dis-
 solutum sed iuxta de causa, quoad totum contubernium, se
 paratum, ob pacem domus, bonamque filiorum educationem
 Quis tanti refert ut propterea vel innocua ancilla domo pro-
 cul pellenda fuerit, ne anxia illa reliqua esset, filio diuol-
 uo.

Et insolenti domum repetendi. Nec pudicitia quidem aut vici
periclitari exhibimanda est, cuius domonius ipse curam suscepit.
Vide Gen. 21. 12.

8

S. Thom 4. dist. 35. dicit etiam fuisse dispensationem
a Deo factam ad significandum mysterium, quod Sic ad
Paulo explicatum est. quemadmodum etiam ad mysterium
pertinuit, ut duodecim filij Jacob, vel ex ancillis suscepti,
omnes Sacerdes eius fuerint. quod August. in Joan. tract. 12.
interpretatur praefigurare per baptismum, licet per malos
membrum exhiberem, Christo nasci filios, et unque futuros
Sacerdes.

Sed illud obiter sic admonendum cum eodem S. Thom
eximium fuisse S. Patriarcha Abrahami calitatem, qui tan-
tum desiderio proli accesserit ad uxorem, quam cum sterilem
fuit, amplius non tetigit; ex quo tradita fuit ei suscipiendum fi-
liorum causa Agar Sara ancilla. quam licet dura res visa
fuerit, tamen annuente Deo, facti passus est exulare.

Circa idem. §. Questio mystica

Quaerendum praeterea, si in Agar ancilla Synagoga
in seruo Ismaele populus Iudaeorum praesignatus est, ut
iam inde exulare visi sint e domo Dei, cur tanta se-
veritas? cur populus tanti beneficii divinitus affectus tan-
dem delectus, et foras eiectus sit ab ecclesia? Respon-
det Rupertus in Gen. ideo quidem, ne nova Legi ecclesia
vetus Synagoga vehementius insultaret; si in statu pristino
perseveraret. Nam cum sic eiecta sit, tamen superbiae
non cessat, ubique et filio ad eum primogenita adscribere
audet. Merito itaque eiectioem passus est ille filius an-
cilla cum matre; quia cum filio libera fuerit, Societ
Ipsam totius libertatis principem illuserit, flagellis ceciderit
cruci affixerit, occiderit insuper, et domesticos eius, liberos eius
malo pertinacique odio persecutus sit.

10.

Hic praeterea attexitur illud Aug. ep. 29. 96.
Vbi legem veterem similem facit cucurbita, sive Salsora,



po

populum Iudaeorum longe quiescenti sub illius Serbis Umbra,
 Nimirumque Vibera totius oculis, inatogue in civis animo
 sepe sepius respectanti; qui tamen verme matutino Saderam
 corrodente, tandem solis ardori expositurus est. Vermis Sic
 Xpium Dominum aserebat, qui sine vilo concubitu natus est
 Somo, et deluculo surrexit a mortuis. Unde Ps. 21. qui pro
 susceptione matutina inscriptus est, de se ipso Xpi sub pas
 phera persona dicit. Ego autem sum Vermis et non Somo
 opprobrium Sominum et abiectionis plebis. Ex ore igitur Xpi cum
 gelio diffamato cuncta illa, quae apud Israelitas, velut Umbra
 si prius significatione vixerunt, euacuata marcescunt: et nunc
 ille populus amisso Ierosolymitano regno, et sacerdotio, et sacrificio,
 quod totum Umbra erat fuerit, in captiva dispersione magno dicit
 tribulationis adhibetur, et licet irascatur, et doleat vehementius,
 tamen dolori eius, et Umbrae quam diligebat, salus gentium peniten
 tiumque proponitur. Venit enim Xpi vocare non iustos, sed
 peccatores. Luc. 5. 32. quicumque igitur vel inter Christianos im
 braulum Sadera seu cucurbita (ut vocat August) ad huc
 capiti supponit, et temporalia munera pro temperando, seu ar
 cendo dicit temporalium malorum, celestium bonorum oblitus
 exoptat; videat, ne cum impijs tandem aliquando nudus, et
 inopis aeternis ardentibus exponatur. Nam ut Ps. 43. ait
 Homo cum interioribus non sumet omnia, neque decendet cum
 eo gloria eius. Verme nimirum cadente cucurbita arecet,
 et Umbra evanescet. Veniente itaque luce Evangelij, Umbraeque
 defuerunt; cessitque non solum Iosue Isaac, sed etiam car
 nalis Israel spiritali. Eiusque ferox venator cessabit aliquando
 Verum persequi Israellem.

51

§
 Theoria circa V. 30

Num Sareticos ab Ecclesia eius, exter
 minarique licitum sit.

Hunc textum in sensu tropologico, seu morali exponit S. Anselm.
 Ecce Saretim et populum, quem ipsa generat; non enim
 Saretis exit filius Saretis cum filio catholicae veritatis. Nam
 et Saretim, inquit, designat ancilla, quod sequenti V. 31. la

11

12



1248

hinc explicabimus. Veris hæc controversia et longior foret dis-
 quiriōnis, si res ita sit concludenda, ut vel ipsi pertinaciter
 resistentes desententia quam mordicus tenent dimoveri, ac debar-
 bari debeant. Verum catholicis viro Sic locis satis superque
 est, ut iustam, æquam, imo necessariam sibi perfuadeat esse
 dictam, quam de Sacerdotibus Romani sanctum illud tribunal
 sumendam statuit; quod in eorum pestilentes mores inquirens,
 certo probat, clarèque intelligit, atque oculis ipsis videt eos, non
 dico in Sacerdotii sedere cathedra pestilenti; sed in teterrima
 sentina tam obstinate volucri; ut nulla spes fugi melioris,
 aut emendatio^{nis} vite, ac doctrinæ ulliqua sit. Hos ergo qui tam
 obfirmato animo Jesum Dominum Ecclesiæ caput, ac parentem
 insectantur, eiusque fideles filios illudunt, decipere conantur, acer-
 bissimoque odio concepto persequuntur; non de consortio fidelium, aut
 Ecclesiæ limitibus, ut Ismaelem ex domo Sara; sed de vita Iana h
hiorum
 etiam expelli, eici, excommunicari, uno flammis exori consenta-
 neum ducō, ac necessarium, et cum summa æquitate coniudicam.

12.

Doler quidem benignus pater Abrahamus eiectionem, tamen ejus
 filium domo; quia ita fieri oportere videt; itaque Deum velle
 cognoscit. Flet etiam Iesus Dominus super Jerusalem, verum
 in obduratione permanentem euenti a Romanis, exurique por-
 mittit. Optat Paulus anathema a Deo esse pro fratribus,
 qui sunt secundum carnem; nihilominus adversus eos disputat
 et rebelles acriter insectatur; denunciaturque eternam a Deo
 damnationem. Vidimus supra N. 9. c. 1. Divinum Apolto-
 lum in perturbatores fidelium, fideique eversores durum sen-
 tentia sua gladium prominentem; imo igneam anathematis
 vibrantem fulmen; ut terreret scilicet, non ut perderet
 omnino. Hymenæum, et Alexandrum 1. Timot. 1. 20. 1 Tim.
 anathematis. I. excommunicationis mæxione transpæros
 tradidit Satanae idem Apollolus. Cur ita? Ut recipiant,
 ac discant non blasphemare. Vide si libet circa Sunc 20, Mag
 que noster Magallanus de excommunicationis confusio eru-
 ditè tractat, cuius ostendit certa vestigia non solum apud
 Iudæos, sed etiam apud gentes extrasse.

11 V.

13.

Sic qui religiosorum fratrum ordine dicunt, atque ex-
 bernant, eos qui disciplina regunt, et correptionis sunt

ex.



expertes, foras emittunt; quos mallunt secum retinere; Et nisi alios perturbarent, et contagio inficerent, in suo ordine permanserunt. Sed quoniam una pecus infecta omne pecus, cum laqueis tentanda, sed immediate vulnus, ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. Hæc enim autem malum ut cancer serpsit, sensimque totum corpus mirre perdit.

14.

Quidquid itaque facit (August. verbis loquor) vera et legitima mater Ecclesia; etiam si asperum, amarum sentiat, non malum pro malo reddat; sed bonum discipline, expellendo malum iniquitatis apponit; non odio nocendi, sed desiderio sanandi. Quare abutuntur hoc loco Pauli, qui cum Donatistis dicunt, quoniam illa Ecclesia punit propter sua scelera inuicem et omne flagitia; ac presertim si perperam contra fidem sentiant; dicunt, inquam, se quemadmodum Isaac persecutionem pati atque adeo ipsos filios Abrahæ esse secundum spiritum; eos vero secundum carnem, à quibus puniti iubentur. Atque quædam imperitiam redarguit August. Iste cum, inquit, esse iniquam persecutionem; qui cum Domitio persecuntur bonos; Ecclesia iustam et diuinitus inspiratam, quæ talia sara cogat graues, sed meritas, pati eos molebas; qui ad similitudinem Domitii bonis afficiunt. Ecclesia enim persequitur inimicos, et comprehendit, donec deficiant in Vanitate, et in Veritate proficiant; impii autem ætèrnuentes mala pro bonis, quia eis condidimus ad eternam salutem, etiam temporalem nobis conantur auferre. Hactenus Augustinus.

21

Theoria circa V. 30.

Quis sustantia et patrimonij Sares fuit Isaac?

15.

Ut testatur est sanctissimus Protomartyr Stephanus Act. 7. Non dedit Deus Abrahamo in terra ægypti hanc Sareditatem nec passum pedis: quod intelligit ex August. 1. 56. Maximus deo Deo, non dedit quidem gratis, quod Stephanus dicit iure Sareditatis. Accepit tamen ab Abimelech precibus dato locum in quo et nomen fuit Sarcum.

18

1250

confessit, puteum aperuit, et adiculam orationis construxit, qui
locus Bersabe. id est, iuramenti puteus nuncupatur. Paulus Rom.
etiam Hebr. u. 9. afferit. Democritum Abrahamum in terra
regumissionis tanquam in aliena in carulis Sabirudo cum Isaac
Et Jacob ex. Quid igitur illa hereditas Isaac, de qua dicitur
tu servus à domina tam causa pro filis?

MI

Respondes nulla quidem habilia bona, non verbes, non
pagos, non pradia, non agros, sylvasque possidere; Verum
supellectili multa; argento, auro, armentorum, pecuniarumque copia, am-
plissima servorum familia instructum satis ac locupletatum
Abrahamum existisse. De his itaque legitur Gen. 25. 5. gen. 25. 5.
Sanctum patriarcham cuncta, que possederat dedisse filiis suis
Isaac, filijs autem concubinarum largiturum esse munera, eoque
ab Isaac separavisse, dum adhuc viveret. En quam reflexit
Sara hereditatem, cum dixit non erit Sares filius ancilla
cum filio meo Isaac; Et Agostolus interpretando cum filio,
inquit, libere. Quid verba prophetice spiritali videtur Sara
propheticè, ut annotat ibi Grant del Dio. Imo Deus ipse Maria
Sara postulationem confirmans illam causam adunxit. Quid
in Isaac vocabitur tibi semen, quasi dicat in filio libero
Sara complendas esse promissiones de eius benedicendo semine,
tenetque promissionem reddenda. Quocirca fuit operaprecium
Ismachem, qui Gen. 17. 10. etiam appellatur filius semen A gen. 17. 10.
brahe è domo familia, et hereditatis eius paterna; et ita
appellatio seminis Abrahæ in uno maneret Isaac, quod quam-
obrem ita Deus voluerit satis liquet ex Soc loco Pauli, et simul
ex illo Rom. 9. 7. Videmus enim Iudeorum populum cum matre
Synagoga, imo cum lege timere, servum scilicet cum ancilla. Ex
ecclesia, quæ domus Dei est, atque adeo hæc hereditatis eterna
exclusum; Ut pote qui ad promissionem minime pertinuerit; Chris-
tianum vero populum, tanquam verum semen Abrahæ per
Xpum in Isaac typice expressum, non carnaliter sed spiritaliter
regeneratum, eius hereditatis omnino consecutum fuisse. Quomodo
dicit aut Paulus Rom. 9. 7. non qui filij sunt carnis, sed filij Rom. 9. 7.
Dei, sed qui filij sunt promissionis, determinantur in semine, Socel
non dumbrati in Ismaele carnaliter geniti, sed in Isaac repro-
tati ex virtute divinae promissionis, etiam consenti sunt in heri-
tatis Dei. Hi sunt Christiani, seu Isaacidi, aut Abrahamida spiri-
taliiter nuncupantur.

16.

21



31

Itaque fratres non sumus ancilla filij,
sed libera: qua libertate Christus
nos liberavit.

Hæc caput & absolunt in voce Libera, et interrogantur se
quunt, ut notavit Caspary. Et s. inchoant sic. Libertate igitur
qua Xpi nos liberavit. Hæc. sed nos probatum textum Vulga
te Latina Versionis sequimur. quæ vero sit in Sac. Scriptura
te differentia quoad sententiam post explicabitur, quæ nonnulla
est.

Itaque fratres. Conclusio Sac. argumentationis, ex allegoria
ducta. quæ simul continet adhortationem. Ex qua Græci prin
cipium faciunt capiti sequenti. Est vero Sac. quam Rhetores
appellant transitionem. Constatque ex conclusione dictorum, et
propositione eorum quæ dicenda sunt post modum. Concludit
itaque Apostolus Christianos liberos esse iugo, et servitute Legis,
in posse libera matris filios. Hanc autem Libertatem in Xpo
acceptam non abijciendam serviliter, sed ingenue detinendam.

Particula Itaque. Conclusionis est nota, nomen fratres
benevolentis. Non sumus, qui Xpo nomen, imo et cor
delimus in baptismo. Galatas secum comprehendit, ne vide
atur spernere; ideo prima persona vicarij numeri multitudinis.
Ancilla, idest, veteris testamenti significari per ancillam
Agar. filij quemadmodum Iudæi carnales addicti se
ris caeremonijs, et eorum servituti carnaliter mancipati signi
ficari per Veronaculum Ismaelem. Non sumus, inquam,
servi, qui quasi inervo constituti Legis moysi, et timore oppressi
pœnarum, vel terrorem dubi spe munerum, serviamus Deo.
sed potius filij sumus Libera idest, novi testamenti, Evangeli
ca gratia, celestis, inquam, Ierusalem per Saram Liberam prin
cipem, Dominam adumbrata. Libera, inquam, sumus. Spiritu
tes filij, acque adeo liberi instar Isaac ex promissione divina
procreati, et Dei munere, ac gratia suscepti in Sanc. lucem. Sa
beri profecto ea libertate, quæ ex charitate, et Spiritu sancto
promanet, nonq. Spontanea, prompta, ac volente divina vo

CAP. A. VEX. 31. De Libertate per Christum.
Suntati conformati. Liberi, inquam, et ingenui, et cum deo
Iraaco, id est, Xpo paternam gratiam participes, et etiam
viri coheredes.

1252

2.

Qua Libertate. Transpositio nominis, quae dicitur à Stam
matrius anastrophe, elegantiam habet. Dicendum fuerat. Sed libe
ra libertate qua est. et ita noter Vulgatus. Quia videtur
legere sine particula et, igitur, quod si ita legit, non potuit non
ad praecedens caput adungere sancti partem Versus 31. Sicut
legentes igitur, vel ergo conjunctiv ad initium sequenti apponere.
Quamquam Textus Gregus Complutensis partitionem eandem
servat quam Latinus Vulgatus, etiam si et retineat.

Qua Libertate Xpi Dominus mater, auctor fidei, pater
futuri, id est, Christianorum, saeculi. rex verus. Nos liberauit
Paronomasia maiorem elegantiam videtur. Quae sortita in
terprete verbum esse verbo fideliter expressit. Textus manu
sit translatus, quo verbo indicatur, non meritis nostri, non
prosapias, non talentis, sed Xpi dono, a beneficio tribuen
dam nostram sancti libertatem. Erasmus enim nos natura
filij ira, servi peccati. Christus autem verus spaciis ve
rus. Ceres celestium benedictionum, omni benedictione celesti
nos cumulaturus, ut daret, cuius est servi emancipare
(ut notavit Hugo Card.) in libertatem sancti afferuit, quae
non tam liberos iustitiae, quam veros Dei filios facit. Ipsi
autem Xpi nos ut pater genuit, ut Dominus manumiserit,
ut rex ad nobilitatem adoptionis euegit, ac regni coheredes
ut conditor novi testamenti, auctor fidei, et consumator
constituit. Quae omnia nobis, cum in cruce quo ad sufficien
tiam, tum in baptismo quoad efficaciam praestitit. Ut
dicit ergo o Galatae quanta vobis inuideant bona ista
veluti pseudoapostoli, sive iudaizantes, sive Sacerdotes, sive
falsi aut mali Xpi; qui servitutem miseram firmen
tes, iidem cupiunt vos laqueis implicare, ac tenere. Ne
quero, tam diu expectatam libertatem, cum offerretur, con
temnatis: ne tam benigno domino, ac parenti ingrati sitis.
ne iugum intoleranda servitutis demum subeatis. Haec
tres creatimas notat Chrysost. Sic ab Apostolo tangi. Sed
tertia ad 1. V. sequentis capitis pertinet; priores Soc
31. continentur. Chrysost. appositè satis sic videt
Galatas. Num vos ipsos liberafistis? Alius est, qui precium

3.

22

redemptor dedit pro vobis. Cui ergo rursum ad priorem re-
vertitis dominatum? Theoph. Quomodo vos metipsum legis do-
minatum subjugatis gratia confilium eius, qui vos liberauit? (p. 1)
Secundum Sane expositionem ingratitude, ac proditoris ad-
versus Xpum arguuntur Galata; imo et dementia, aut stoli-
ditas, qui tanto liberatori ingrati, inquam repeterent serui-
tutis, qua fuerant exempti.

Manet itaq; contra conclusio, eos qui Xpiano consentunt nomine
liberos omnino esse à servitute peccati, et legis: Ut pote qui
nati sint ex libera matre liberi, et non ex ancilla sexuali,
quique non secundum Tomaelem carnis sint, sed secundum
Isaacum spiritus filij; pertineantque ad liberam Saram non
ad ancillam Agar, hoc est, non ad legem sed ad gratiam
quam tamen non suo arbitrio, non proprijs meritis, sed Xpi
Domini benignitate, et misericordia obtinuerint. O Singula
et donum? O insigni gratia? per quam à peccato liberi
à lege soluti, in adoptionem filiorum vocati, Deum patrem
vocamus, matrem agnoscimus sexualem supernam, Xpum
primogenitum, fratrem filij vocis adopti sumus; cuius
primogenitura, hereditatis, regni, (quæ ipsius immerita gra-
tia) participari erimus, et coheredes. Si tamen proeuntem
ad crucem, et per crucem ad regnum secuti fuimus.

Huius Verbis tropologiam, siue moralem expositionem
sic reddidit S. Anselmus. Itaque fratris non sumus filij
ancilla, ut serviamus peccato, et concupiscentijs sæculi vel
erroribus, sed filij libera, ut nostram vel Dei volun-
tatem compleamur in charitatis libertate, exuti mundana
cupiditate; qua scilicet libertate Xpi per gratiam suam
nos liberauit, ut iam per liberum arbitrium bona
voluntatis possimus gratum Deo servitium reddere.

Theoria 1. In V. 31.

Num male viventes Christiani sint Liberi
an ancilla filij?

Dubitare quis merito queat, num mali Xpiani dici de-
beant Libera filij, et non ancilla? Nam eiusmodi manent
in domo tanquam filij; cum tamen ab hereditate caelesti sint

4.

5.

6.

1254

propter sua scelera esclusi non videntur pertinere ad Libe-
 ram. Imo cum serviles mores induerint, servi sunt peccati,
 servilem in modum flagitii in eternum puniendi dicuntur
 Luc. 12. 47. S. Ambrosius certe eos qui sunt in peccato filios
 facit ancilla. S. Anselmus etiam. Quicumque, inquit, inquit,
 veteris Testamenti mores adhuc detinet filius est ancilla.
 Id est, servitutis antiqua, licet Christianus vocetur, et ideo
 in fine de ecclesia iustorum eijcietur. Ut non sit Sacer-
 cum his, qui in civitate vita ambulant. Haec Anselm.
 Qui etiam Sacerdotem appellat ancillam, et Sacerdotes eius
 filios significari dicit per Ismaelem. Imo carnem dicit
 sanctum spiritum dicit esse Ismaelem, qui persequatur Isaac
 cum cum offensione Sara, id est, virtutis.

Luc. 12.
 Ambrosius
 Anselmus
 q. Christi
 ni me
 vium

7.

Adde praeterea, atque a principio rem explicat.
 beam senex Deum patriem significat, quem Daniel c. 7
 antiquum virum appellavit, qui habuit duos filios, id est,
 duos populos, unum terrenam diligentem, alterum caelestia qua-
 rentem, et ideo unum ex ancilla matris, alterum ex Libe-
 ra. Nam quicumque etiam nunc in ecclesia terrenam felici-
 citatem quaerunt a Deo pro bonis, quae faciunt, adhuc filij sunt
 ancillae, id est, servitutis antiquae. In Ismaele enim sunt omnes
 qui carnaliter Deum diligunt, id est, pro temporali retributione
 adipiscos enim veteris testamenti pertinet, et ipsi sunt adhuc
 in servitute. Qui enim propter bona terrena suscipiunt, vel
 serviant legem Dei, ipsi sunt Sacerdotes veteris testamenti. Si
 milititer quicumque in veteri, vel in novo testamento pro sola
 caelesti remuneratione Deo serviunt, vel serviant per
 Isaac designantur, et Sacerdotes sunt novi testamenti. Haec
 Anselmus.

Dan. 7.

q. Christi
ni me
vium

Christi
ni me
vium

3.

S. Hieronymus praeterea ita rem explicat. Christi in
 quit, de Agar nati sunt, qui sacra servituti carcerem
 tantum sectantur, et in timore serviunt: de Sara
 vero nati sunt, qui spiritum, et allegoriam legis veteris
 sectantur, serviuntque ex amore.

Hieronymus

Demum P. Augustinus, de civit. c. 2 praedixit nobis Augustinus
 Sane rem ob oculos posuit. Convenimus ergo (inquit) in
 terrena civitate duas formas, unam suam praesentiam
 demonstrantem, alteram caelesti civitati significandae
 sua

Augustinus



sua presentia secum. Parit autem eius terrena peccato de
 facta natura; celestis vero civitas eius parit a peccato nati-
 nam liberans gratia. Unde illa vocantur vasa ira, ista vasa
 misericordiae. Significatum est Soc etiam in duobus filijs Abra-
 he, quod unus de ancilla quae dicebatur Agar secundum car-
 nem natus est Ismael; alter autem de Sara libera secundum
 promissionem natus Isaac; Merque quidem de nomine Abraham;
 sed illum genuit demonstrans confusam naturam, istum vero de
 dei promissio significans gratiam. Vbi Summanus Iesus Hieronymus,
 hic dicitur beneficium commendatur. Hasenus August.

9.

Ex quibus satis constat malos Christianos, imo in me-
 versum omnes quibus datus ad celestem hereditatem non
 datur, quia caritatis, aut fidei experies sunt, filios esse an-
 cillae; et cum Ismaele numerandos. Quod si qui tamen in
 domo Dei, Soc est, in ecclesia manent, eos tandem nisi mu-
 tentur, et a peccato recipiant, aliquando cum Ismaele e-
 ciendos. Tunc hi eiciendi, inquit August, apud Hieronymum
 cum arida capere ventilari. Nam in carnis affectibus et
 operibus perseverantes, tanquam palea (ait Anselmus) futuris
 ignibus preparantur.

10.

Significat ergo Ismael (quod nomen auditio Dei He-
 brew sonat) eos Christianos, sive eos filios Dei, qui audiunt
 quidem, sed non faciunt; quod ob scribit male viventes Iesus
 Dominus dicit aliquando. Isaac vero, id est, visus bonus
 significat, qui cum gaudio, et letitia precepta Dei tanquam
 legitimi filij suscipiunt; et quae corde tenent, opere praestant.
 Hebr. 12.3. Adulteri sive adulterini, ac nothi dicun-
 tur, qui absque castigatione volunt vivere libere, et volup-
 tuose. Quod si extra disciplinam estis, cuius particeps
 facti sunt omnes (boni) ergo adulteri et non filij (legi-
 timi) estis. Furios quippe non curant patris; Unde apud
 omnes, quod male vivant, male audiant, ut notat Chry-
 sost. Moab enim non legitimus representat eiusmodi male
 viventes. de quo Hier. 48. Date florem Moab, quia
 florens egredietur, quasi dicat. Permittite, ut floreat Moab,
 nam, ut flor cito transit, ita florens, id est, floribus operatus
 citissime ducetur, quasi ad sepulchrum, in captivitatem
 Nec cum sua divitiis habitabuntur. Alij de civitate regia


10256

interpretantes, sic explicant. Dase Caldeis florem vel coro-
nam. Sic est, regnum Moab. i. Moabitarum; quia cum fru-
gibus educantur e propria sede in durum exilium. Vide
Calann. Huc pertinet illud Iud. 11. ^{scilicet} In domo patris nostri
esse non poteris, quia de adultera natus es.

11.

Quamquam Sac ita pro concionibus dicta non inepte
nec a multis auctoribus; tamen magis allegorice explicata
ab Apostolo convenienter dicemus, prauos Xpianos profrea-
tatos fuisse in Erau, sicut bonos in Jacob. Hos duos na-
cepit Isaac ex Rebecha, legitima uxore, atque etiam, ut
Sara, libera, nobilique, uno quidem partu, sed diverso
ingenio, ac moribus. Pravi quidem suo ipsorum vicio,
et voluntate tales sunt qualem scimus fuisse Erau; qui
primogenita sponte sua vili edulio vendidit, ac genio in-
dulgenti Liberam, iugoque obedientia solutam viuendi ratio-
nem secutus est. Probi autem per Dei gratiam facti
obedientes ecclesie matris, nec recusantes labores, digni ef-
fecti sunt, qui multa auferentur meritorum sobole. Quam
ex duplici coniugio suscipiunt, ex adione nimium et con-
templatione, Lia quippe adionem, Rachel vero con-
templationem, pedisequa autem earum ceteras virtutes,
que his ancillantur, praerogantur praerogantur.

01



1258
8527
1522

Paraphras

Cap. 5. ~~text~~

Paraphrasis.

Incaput quartum

90547
Textus

Si que haec enim vos docere conatus sum, p[er] me
vultu callere, et in aethera divini consilij penetra
re cupitis. O fratres, attendite diligenter que
iam dico, et ea mentibus animis que au
di commendate, studiose que infigite, et me
moriam fideliter retinere. adhibita enim simi
litudine, quam subiicam, non inepta illa
quidem, sed valde ad rem apposita, facta
sunt, que obscura visa fuerunt, facilius in
telligentur, acrisque, ac penetrantius cerentur, atq[ue]
perspicentur.

Sicut in more omnium ^{gentium} hoc esse
positum, imo et legum etiam statutis fir
matum, ratumque servari; ut qui mortuo
parente filius vel heres et haeres paterno
rum bonorum, si parvulus est, seu infan
s et illis, seu puer paulo firmis, seu etiam
robustior adulescent, dum minor est, nec
legitimus etatis annos attingit, aut su
perat: etiam si dominus sit et p[ro]p[ri]us ip
sum sit, et possessio, et proprium, directum
que dominium rerum omnium servatum;
tamen propter imbecillitatem
et infirmitatem que etatis, ac prop
ter incapacitatem discernendi, imper
fectiorem ut iudicandi, ac cognoscendi,
non tamquam liber, sed servi instar vi
vit, et agit; nec sui arbitrio, nec suarum
rerum administrationi illi permittitur.

V. 1.
Dico autem,
quanto tem
pore haeres par
vulus est, nihil
differt a servo,

Cum sit do
minus omnium.

V. 2.
Sed sub tuto
ribus, et acto
ribus est.



gag. 21.
+ alterius
201207

Paraphrasis in cap. 4^m

imo nec personae, nec ~~aliqui~~ rei proprie
arbitri esse sinitur. Verum subditus
esse cogitur alieno arbitratui, siue pa-
dagogici, siue magistris, siue admissi-
stratoris, siue curatoris, tandemque sub
rectus manet tutoribus, atque actori-
bus, quos habet sibi sine positos. ~~Quae~~
vel testamento Patris dicta dies, vel iu-
re legum statuta, vel patrie magistratu-
um decretis designata perveniat. Quos
et ipse gradum factus, et sui potestatis
iurisque plene, atque integre particeps,
cum filij iure legitime, tum haeredatis
usque aud eat, et omni modo possessione fruatur.

Textus I. V
Usque ad
prae finitum
tempus à Patre.

V.3. Ita et nos
cum essemus
parvuli—

3. Non aliter quidem nos ipsi, qui Evan-
gelicis professionibus vram ingressi ad vitam
spiritualis perfectionem anhelamus,
et sollicitis cursu tendimus, quando par-
vuli ~~assimati~~ sumus, in firmi, teneri,
cruces, inepti, incapaces, ut in crepundijs
atque incurabilibus, velut in fantulis recent-
ter nati, vaceremus; magis que ad mi-
nacula desideravimus ad firmos
gressus, quam brucos ad cursum prope-
randum equos; quando inquam, in
tyrocinio religiois vere, et sanctitatis
consummate, versati sumus; ~~servituti~~
cui dam eramus manipati; atque ob
minorem rerum caelestium, ac divina-
rum aptitudinem, maiorem que difficulta-
tem spiritualis exercitationis consecrantes

* Sublimen-
tis mundi
eramur. ser-
vientes.



et retinenda, sub elementis quibusdam di-
screpantibus subiecti tenebamur, quare paucis
sub abecedario magistro, alphabeto astruc-
tis, seu quasi adulescentuli drammati-
cudum mentis, et maximarum scientiarum
principijs additi, ac subligati, in statu
seruorum anallari coacti sumus. quod
in statu perseuerandum nobis fuit usque
ad tempus a Deo presertitum, et sacroru-
m oraculis presertitum atque
presertitum.

Textus

Verum enim vero postquam tempus v. 4. At
hoc dicitur prescriptum completum est, ubi venit
atque eadies advenit, que mundi presertitum plenitudo
que absolvenda, finienda, que dicta erat, temporis.

Omnipotens omnium conditor Deus, pater. **Misit Deus**
pater et summus Pater, et eternitatis sue filium suum
et glorie e sine, in quo felicissime conceptum ex muliere.
dicebat, unigenitum filium suum, si-
militudine patrem, in maiestate e qualem,
natura coeternam, mittendum decrevit
in terras, invisibilemque apud se, et mi-
nime aspectabilem humanis luminibus
Deus primum fecit, et hominibus cernere
Deum **obtulit**, non in aperta quidem, et
manifesta Deitate, sed obiectum nobile car-
nis, sago vili obvelatum humanitatis, cor-
poratum scilicet, et humana forma vesti-
tum, hominem inquam factum ex femi-
na, sine expenso sanguine absque opere
viri, obumbrante tamen altissimi virtute,
conceptionem, in tra via cere matris circum-



108
109

Textus
textus

* factum sub
lege.

Et creata diuinitus anima informatum, natum
in tegra matre semperque virgine diuina. Inter
Talis nempe filium Dei partus decebat.
* Quod et si dominus esset, et legumlator,
mirabilis manus leui. Mosaique, ac diuine pro-
ceptis, non in virtus coacta re, sed libera,
ac volens obtemperauit; vno et perna
sed in sceleribus. Iure appositat, ipse
in nocent, scelerique punita subire non
meruit; sed maledictum. con mune om-
nium nocentum, atque noxiarum, om-
nium inquam, perditorem, et iniquo-
rum in se recepit; mortis que ignomi-
niam, et derisat em in suo corpore subtulit.
Superbia nam t.

V. 5. Ut eos qui
sub lege erant
redimeret,
ut adoptio-
nem filiorum
reciperemus.

Et sup. vitz profusione, et sanouini et spu-
sione, eos liberaret a vinculis, qui legeba-
erant constructi; eriperet q. e. vigo ser-
uitutis, qui serui erant peccati, et seruet
in libertatem, qui captiui tenebantur
a principe mundi, ac tenebrarum, ipse
tuo que in actimabili, in finiti que valo-
ris redemptus, gratia filiorum am condo-
natos, et filii et Deo patri adoptatos con-
sortes faceret diuine nature.

V. 6. Quoniam
autem estis
filij.

Itaque cum lava limpha per saeramen-
tum, et lavacrum vitę superfusi et
asper si fueritis in filium album
recepti estis; ex eo que articulo tempore
nominati fueritis, ac vere existitis Dei filij



Handwritten musical notation consisting of two stylized symbols resembling a treble clef and a note.

per adoptionem electi: atque adeo Deus
 Pater de celo demissum vobis non in vi-
 sibiliter tantum, sed visibili etiam spe-
 cie, et manifestis signis sub aspectu
 cadentibus dedit, tanquam filijs adopti-
 vis, et designatis, Spiritum Sanctum, hoc
 est, filij sui Jesu Christi Spiritum, quem
 in omnium nostrum⁺ corda, animas que
 perfudit; et nos filios Dei agnoscentes,
 et conditiones sortiti filiorum, libere cla-
 memus, et confidenter dicamus orantes
 et obsecrantes humi prostrati ante Domi-
 num Deum. Pater, O Pater. Non enim
 fas esset Deum Patris blanda vocem
 pellare, nisi et heri filij.

* Misit Deus
 Spiritum
 Filij sui in
 corda vestra
 clamantem
 Abba Pater.

+ vestrum

Quam obrem si servitus per filiationem exclu-
 ditur (ut recipia patet) manifestum est, vos iam
 amplius servos non esse, sed filios. ex quo
 adoptionis gratiam, Christo adherentes, et in mys-
 terijs initiati, recepistis. * Constat propterea (signi-
 ficem vere filij Dei facti estis) factos pariter et
 heredes beatitudinis, glorie que heredes proprios
 ac necessarios, vere ac sine liti aut controversia.
 Quod ius certissimum ac proprium filiorum est.
 * Que Dei benignitas ac misericordia est, non
 humanis cuius que meritis, sed divina gratia,
 et gratuito dono per Christum Jesum collata refe-
 renda. qui suas divitias nostras esse voluit,
 efficitque suas quoque hereditariis consortes, quo
 naturae socios, et participes adoptavit.
 Sed revocamus in memoriam priora seu-
 la, et illius temporis, que solemus damini,

V. 7. Ita que iam
 non est ser-
 vus sed filius
 * Quod si fi-
 lius et heres

* per Deum

V. 8. sed tunc
 quidem non oran-
 tes Deum, ipsi qui
 natura non sunt
 Dei, serviebant.



Textus
Cada una
de las
de las
de las

O Galatas, cum gentium more vidistis, cum
plus quam lymeris tenebris obruti in sum
ma vniuersi vni Dei conuersione veritaba
mini; offusa que mentibus vestris tetraerro
rum caligine, non viuus Deo, sed mortuorum
Idololatriam diuinum habebatis honorem:
non illi, qui natura deus est, sed vanissima
genibus creaturarum latius cultum prosta
batis. Verebatur ni que, et adorabatur, non
seculorum conditorem, mundi creatorem, et
dominum lucis, et vite autorem; sed de
monem mortis artificem, scelerum archi
tectum, et principem tenebrarum. Itaque
miseram vitam seruitutem seruile cogebamini,
in fraudem inducti a Patre mendacis, et ve
ritatis hoste; caeci que, et hallucinantes, quod
sumus erat in nomine, imo et dementis
deplorande, propter ignorantiam vniuersi
us de vobis, famulos vos exhibuistis, atq;
